10. Geos.

R. Hildebrand.
1862.

10. Geos.

R. Hildebrand.
1862.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. V.

CONTINENS

HESIODI CARMINA

ED.

CAROLUS GOETTLINGIUS.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXI.

HESIODI

CARMINA

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

CAROLUS GOETTLINGIUS.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXI.

FRANCISCO PASSOVIO

ET

IOANNI SCHULZIO

PRAECEPTORIBUS SUIS

DEDICAVIT

C. GOETTLINGIUS.

PRAEFATIO.

De Hesiodi vita breviter licet dicere, quoniam ipsa quae ei adscribuntur carmina fontes antiquissimi esse videntur, quos sequare. Sunt qui Cumaeum dicant *), quanquam hi ex ipsis Hesiodi poëmatis discere poterant Ascrae in Boeotia esse natum auctorem Operum. Nam Ἔργ. versibus 648 sq., qui longe antiquiores sunt omnibus eis, quae ab historicis postea narrata sunt de Hesiodo, ita legitur:

οὐ γάρ πώποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος.

Hinc satis patere puto Hesiodum nondum fuisse natum, quum eius pater Cuma Aeolensium Ascram Boeotorum venisset (v. Ἔργ. 634.), ut ibi domicilium poneret **). Verum civitatem, quanquam gente cognati, non videntur patri dedisse Ascraei, ita ut propter egestatem (Ἔργ. v. 636.) ἀτίμητος

*) In his est etiam Schoellius Histor. litt. gr. I. p. 130. ed. nov. Secutus est Ephorum et Gyraldum.

**) Testatur etiam epigramma Hesiodii tumuli a Chersia Orchomenio factum.

μετανάστης esset. Ita enim audiebant antiquis temporibus qui postea *μέτοικοι* dicebantur. V. Homer. Iliad. IX, 648., quem sic recte intellexit Aristoteles Polit. III, 3. p. 80. *λέγεται μάλιστα πολίτης ὁ μετέχων τῶν τιμῶν, ὥςπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν· ὡςεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην· ὥςπερ μέτοικος γάρ ἐστιν ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων.* Postea crevisse opes videntur, nam Hesiodus sub Helicone oves pascebat (ita certe auctor prooemii Theog. 23.), et patre mortuo, quum litibus hereditariis quas Perses frater sibi intenderat iudicum dolo malo pravaque sententia cecidisset, fratri, quanquam litigioso, de suo dedit. Hoc testantur *Ἔργων* versus 394 sq.

ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω
οὐδ' ἐπιμετρήσω,

de quorum sensu v. adnotationem. Hinc Ascra relicta Orchomenum migrasse videtur. Nam *αὖθι* vocabulo (*Ἔργ.* 35.) satis indicatur solum vertisse Hesiodum atque in urbem venisse, quae iustioribus uteretur iudicibus, quam ei fuissent qui causam corrupti a Perse (*Ἔργ.* 38. *μέγα κυδαίνοντι βασιλῆας*) in favorem huius iudicarant. Quod quum reputo, neque nunc ab ea coniectura prorsus abhorreo, quam ad v. 91. Theogoniae proposui *Ἐρχομενὸν* de urbe Orchomeno ita intelligi debere, ut prae ceteris regibus laudaretur ab Hesiodo, vel quisquis auctor fuit horum versuum, rex Orchomeni, qui propter iustitiam numinis instar videretur civibus suis, longe aliter atque *δωροφάγοι βασιλῆες* Ascrae. Cum hac Orchomeniae iustitiae laude optime concordat Ascrae vituperium (637. 638.)

Ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ,

recte illud intellectum ab C. Velleio Paterculo I, 7. sed patriam, quia multatus ab ea

(nempe in causa acta cum fratre) erat, contumeliosissime testatus est *). Quod Iacobsius monuit p. 12., ea coniectura admodum obscure indicari urbem Minyarum, aliquantum labefactatur eo, quod in editione Aldina Ἐρχόμενόν duplici accentu legitur (non enim prorsus mihi obsecundarunt operae p. 12.), ut indicetur duplex huius vocabuli scriptio. Videntur enim iam antiquitus alii pro substantivo (Ἐρχομενὸν vel aeolice Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ), alii pro participio (ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα) ita habuisse, ut diverso sensu Homeri carminibus insererentur; nam versus 170 — 173 libri VIII Odysseae post videntur additi esse. Cf. praeterea fragm. CXXXII.

Haec sunt quae ex iis carminibus de Hesiodi vita quispiam discat, quae huic poëtae adscribuntur. Praemisi autem haec, quod antiquissima esse videntur omnium quae de Hesiodi vita tradita memoriae sunt, non quod ab Hesiodo ipso profecta esse putem. Nam versus omnes, ex quibus haec hausta sunt, adiecti postea sunt atque ex memoria, quanquam antiqua, hominum sublecti, ut singillatim demonstrare conatus sum in animadversionibus. His additae sunt postea et narrationes commentitiae ab Ephoro, et fabulae quaedam in Hesiodum translatae sunt, quae non de ipso poëta intelligenda erant, verum de secta epicorum, quam et ipse sequebatur et quae postea ab eo nomen duxit. Dicam de omnibus ordine. Ac primum quidem Ephorus, Isocratis auditor, tam Homerum quam Hesiodum Cyma dixit esse oriundos (v. Ephor. Marx. p. 268.), ut patriae suae consuleret, quae a poëtarum praestantia et multitudine parum honorifice audiebat.

---

*) Haec non satis intellexit Harlesius ad Fabric. bibl. gr. I. p. 572. corrigens in Velleio: quia pater multatus erat.

Vid. auct. vit. Hom. 15: μετὰ τοῦτο ἀπαλλάσσεται ἐκ τῆς Κύμης ἐς Φωκαίην Κυμαίοις ἐπαρησάμενος μηδένα ποιητὴν δόκιμον ἐν τῇ χώρῃ γενέσθαι. Excogitavit etiam patrem Hesiodi Dium (Δῖον, non Δίον quemadmodum volebat Spohnius, scribendum esse evincit etiam Homerus Iliad. XXIV, 251. et auctor certaminis Homeri et Hesiodi p. 247. l. 23. Ἡσίοδ', ἔκγονε Δίου). Nam ita Ps. Plutarch. vitae Homeri init.: Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ ἐπιχωρίῳ Κυμαῖον αὐτὸν (τὸν Ὅμηρον) φησίν, ὅτι Ἀπελλῆς [Ἀπελλαῖος?] καὶ Μαίων καὶ Δῖος ἀδελφοί, Κυμαῖοι τὸ γένος· ὧν Δῖος μὲν διὰ χρέα μετῴκησεν εἰς Ἄσκρην, κἀκεῖ γήμας τὴν Πυκιμήδην ἐγέννησεν Ἡσίοδον. Patrem Dium vafre ex versu Operum 300 elicuit (Cf. Lobeck Aglaoph. p. 326), Pycimedam alius addidisse videtur ex ingenio, ut matrem Hesiodo daret, ex cuius nomine omen caperetur pro virtutibus hominis. Nam verba ὧν Δῖος et quae sequuntur non ad Ephorum pertinent, si Proculi verba audimus: Ἔφορος δέ φησι τοῦτον (Hesiodi patrem) εἰς Ἄσκρην ἐλθεῖν, οὐ δι' ἐμπορίαν, ἀλλὰ φόνον ἐμφύλιον ἐργασάμενον. Etiam minorem natu Hesiodo dixerat Homerum (Cf. Gell. N. A. III, 11.).

Ad fabulas non tam de Hesiodo quam de eius familia et schola, cuius ille fuit princeps (v. Wolf. proleg. p. 98.), intelligendas primum illud proverbium, antiquius Pindari temporibus, pertinere videtur, quod de vegeta Hesiodi senectute ita agit, ut bis iuventute fruitum esse poëtam indicet. Vid. Proverb. Vat. IV, 3. Ἡσιόδειον γῆρας]. Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρχομενίων πολιτείᾳ δὶς τετάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν· χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας, Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης. Apud Proculum et Suidam hoc epigramma Pindaro tri-

buitur. Haec fabula de bis iuvene et bis sepelito Hesiodo docet pro heroe in Boeotia habitum esse Hesiodum, cuius ossa proprie ad Orchomenum Boeotiae caput pertinerent. Nam ita Pausanias IX, 38, 3. *τάφοι δὲ Μινύου καὶ Ἡσιόδου· καταδέξασθαι δέ φασιν οὕτω τοῦ Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ. νόσου καταλαμβανούσης λοιμώδους καὶ ἀνθρώπους καὶ τὰ βοσκήματα, ἀποστέλλουσι θεωροὺς παρὰ τὸν θεόν. τούτοις δὲ ἀποκρίνασθαι λέγουσι τὴν Πυθίαν, Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ ἐκ τῆς Ναυπακτίας**) *ἀγαγοῦσιν ἐς τὴν Ὀρχομενίαν, ἄλλο δὲ εἶναί σφισιν οὐδὲν ἴαμα· τότε δὲ ἐπερέσθαι δεύτερα, ὅπου τῆς Ναυπακτίας αὐτὰ ἐξευρήσουσι, καὶ αὖθις τὴν Πυθίαν εἰπεῖν, ὡς μηνύσοι κορώνη σφίσιν· οὕτω τοῖς θεοπρόποις ἀποβᾶσιν ἐς τὴν γῆν πέτραν τε οὐ πόρρω τῆς ὁδοῦ καὶ τὴν ὄρνιθα ἐπὶ τῇ πέτρᾳ φασὶν ὀφθῆναι· καὶ τοῦ Ἡσιόδου [τε] τὰ ὀστᾶ εὗρον ἐν χηραμῷ τῆς πέτρας. Καὶ ἐλεγεῖα ἐπὶ τῷ μνήματι ἐπιγέγραπται* **). Haec si quis comparaverit cum simili fabula apud Herodotum I, 67., heroem fuisse Hesiodum Boeotis non magis dubitabit quam Homerum Chios heroem coluisse (v. Niebuhr. Hist. R. I. p. 347. ed. III.), tanquam principem, qui familiam poëticam ducebat. Intelligendum est autem, quum pro heroe aliquem colendum esse arbitrantur, splendidissimum videri, si indignum tradant interfectum esse. Hinc fabula de morte Hesiodi exorta, de qua vario modo scribunt. Ex ipsis Hesiodo tributis carminibus didicerant Chalcide poëtam in celebrandis

---

*) Apud Plutarch. (V. fragm. Plut. T. XIV. p. 308. Hutten.) legitur Ascra, a Thespiensibus diruta, transtulisse Orchomenios ossa Hesiodi. Secutus erat Pseudo-Aristotelem Plutarchus.

**) ad h. l. recte monuit Siebelis legi debere *ἐπιγέγραπται* pro *ἐπεγέγραπτο.* Sed addi etiam debuit delendum esse *τε* post *Ἡσιόδου.*

Amphidamantis exsequiis tripodem accepisse, quum hymno prae omnibus excelluisset *). Quem tripodem, quanquam auctor versuum illorum Musis heliconiis consecratum esse dicit, visum in Helicone etiam a Pausania (IX, 31, 3.), tamen non desunt qui Apollini Pythio ab Hesiodo dedicatum esse dicant, quanquam *ἀπαρχαί* ab auctore certaminis Homeri et Hesiodi memoratae longe aliter possunt intelligi. Oraculum Hesiodo a Pythia datum est, vitaret templum Nemeaei Iovis, quod ibi mortem subiturus esset. Hinc ille, quod Nemeam in Peloponneso fugiebat, obtruncatus est in area sacra Nemeaei Iovis, quae prope abest ab Oeneone Locrorum (Thucyd. III, 96.) in agro Naupactio. Mortis causam sic aperuit secundum fabulam antiquam Plutarch. Sept. Sap. Conv. 19. *Μιλησίου* (Demodes nomen erat, v. Eratosthenem ap. auct. Cert. Hom. et Hes. p. 251. l. 5.) *γὰρ, ὡς ἔοικεν ἀνδρός, ᾧ ξενίας ἐκοινώνει Ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ* **) *κρύφα συγγενομένου καὶ φωραθέντος ὑποψίαν ἔσχεν ὡς γνοὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα μηδενὸς ὢν αἴτιος, ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως, ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον*

---

*) *Ἔργ.* 652 sq. Cf. Plut. Conv. Sept. Sap. 10.

**) Phygeus (al. Phegeus) nomen erat hospiti, filiae Ctimene (al. Ctemene), filiis, Hesiodi interfectoribus, secundum Alcidamantem (v. Certam. Hom. et Hes. p. 250. l. 15 sqq. Cf. Aristot. Rhetor. II, 23.) Amphiphanes et Ganyctor, secundum Eratosthenem (v. l. l.) Ctimenus et Antiphus. Hunc secutus esse videtur Pausan. IX, 31, 5., qui tamen pro Phygeo Ganyctorem habet patrem. Sic intelligo Pausaniam; nam quod hic addit *αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκρίδι σφίσιν ἡ δίκη* non pertinere ad alterius interfectoris filios satis patere puto omnibus. V. Plut. de solert. anim. 13. Sympos. V, 2.

ἐνεδρεύσαντες καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον, ᾧ Τρωΐλος ἦν ὄνομα· τῶν δὲ σωμάτων εἰς τὴν θάλασσαν ὠσθέντων τὸ μὲν τοῦ Τρωΐλου εἰς τὸν Δάφνον ποταμὸν ἔξω φερόμενον ἐπεσχέθη περικλύστῳ χοιράδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἀνεχούσῃ, καὶ μέχρι νῦν Τρωΐλος ἡ χοιρὰς καλεῖται. τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμισε καὶ τὴν Μολυκρίαν. Ἐτύγχανε δὲ Λοκροῖς ἡ τῶν Ῥίων ['Αριαδνείων] καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον *), ὡς δ' ὤφθη προσφερόμενον τὸ σῶμα θαυμάσαντες, ὡς εἰκός, ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον καὶ γνωρίσαντες ἔτι πρόσφατον νεκρὸν, ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν φόνον ἐποιοῦντο διὰ τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου· καὶ τοῦτο μὲν ταχέως ἔπραξαν **). αὐτούς τε γὰρ κατεπόντισαν ζῶντας ***) καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. Ἐτάφη δὲ Ἡσίοδος πρὸς τῷ Νεμείῳ, τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται ζητούμενος ὑπ' Ὀρχομενίων. Hac tam honorifica in luco Nemeo sepultura praeclare videtur indicari pro heroe Locrensibus et Boeotis fuisse Hesiodum. v. Lobeck. Aglaoph. p. 281.

Atqui si sectae alicuius poëticae caput Hesiodus heros fuit, quemadmodum Homerus, quomodo cuiusque schola inter se differat diligenter declarandum est. Hesiodus est princeps scholae Thracum ex Pieria, quorum res primus di-

---

*) Festum Ariadneum dicit Alcidamas, εἰς Ποσειδῶνα ἀσεβῆσαι interfectores addidit Pausanias.

**) Canem Hesiodi detexisse Ganyctorem et Amphiphanem tradit Plut. de solert. anim. 13, 36.

***) σφαγιασθῆναι θεσμοῖς ξενίοις ὑπὸ Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως. Auctor Cert. Hom. et Hes.

ligenter exposuit O. Müllerus (Orchom. p. 379). Non sunt barbari hi Thraces, sed vere Graeci montani (Θρᾶκες et τραχεῖς non magis inter se differunt quam Καλχηδόνιοι et Χαλκηδόνιοι, χιτών et κιθών, v. adnot. ad Aristot. Oecon. p. 9. et ad Theog. 1013.) inprimisque inde ab Orpheo mythico coluerunt Apollinis sacra cum Bacchi sacris coniuncta (Müller l. l. p. 383. Prolegg. Myth. p. 379. Lobeck, Aglaoph. p. 244. v. Euripid. Hippol. 953.). Quam scholam si propter Hesiodi patriam praefers cum Thierschio (Comment. Acad. Monac. 1813.) boeoticam dicere, me non habes adversarium, modo ne arctioribus quam par est finibus circumscribas cave. Nam longe antiquior Hesiodo haec secta est, ut ex eius genealogia mythica licet concludere, quam secundum Characem (v. Suid. v. Ὅμηρος) exposuit auctor Certaminis Homeri et Hesiodi: Ἀπόλλωνός φασι καὶ Θοώσης τῆς Ποσειδῶνος γενέσθαι Λῖνον, Λίνου δὲ Πίερον, Πιέρου δὲ καὶ νύμφης Μεθώνης Οἴαγρον, Οἰάγρου δὲ καὶ Καλλιόπης Ὀρφέα, Ὀρφέως δὲ Ὄρτην, τοῦ δὲ Ἁρμονίδην, τοῦ δὲ Φιλοτέρπην, τοῦ δὲ Εὔφημον, τοῦ δὲ Ἐπιφράδην, τοῦδε Μελάνωπον, τοῦ δὲ Δῖον καὶ Ἀπελλαῖον, Δίου δὲ καὶ Πυκιμήδης τῆς Ἀπόλλωνος θυγατρὸς Ἡσίοδον καὶ Πέρσην. V. Lobeck. Agl. p. 322 sq. Gentem hesiodiam fuisse ex gente Orphei dixerat iam Hellanicus Phoronide (v. Procul. ad Hesiod. Ἔργ. 631.).

De hac hesiodiae scholae, non ipsius Hesiodi, antiquitate si fabulas quasdam intelligimus ab auctoribus veteribus traditas, non habemus quod contra disputemus. Sic quod omnes commentitium habuerunt certamen Hesiodi cum Homero Chalcide in Amphidamantis exsequiis factum non adeo ineptum videbitur, si ab Hesiodo quodam et Homero aliquo, i. e. a poëtis hesiodiae et ho-

mericae scholae, institutum esse nobis animo informamus *).

Hinc quae in proverbium abiit *Πανίδου ψῆφος* (Panides erat in arbitris certaminis Hesiodi et Homeri) de iis qui inerudite et minus sapienter iudicant, non tam de ipsis Hesiodi poëmatis intelligetur, quam de schola hesiodia Chalcide magis florente et accepta quam homerica. Nec multum abest, quin tam eorum opinionem, qui antiquiorem Homero dicunt Hesiodum — sunt autem multi, ut Ephorus, L. Attius ap. Gell. IV, 11., marmor Parium, al. — quam narrationem illam, quae Hesiodum orphico fere modo interfectum atque Ariadneis (i. e. Dionysiis festis) poenam luisse eius interfectores dicit ex eodem fonte derivandam esse arbitrer.

---

*) Ex loco Plutarch. Conviv. Sept. Sap. 10. elicias nomen auctoris Certaminis Homeri et Hesiodi, quod post Hesiodia fragmenta nostrae editioni addendum curavimus: ἀκούομεν γάρ, ὅτι καὶ πρὸς τὰς Ἀμφιδάμαντος ταφὰς ἐς Χαλκίδα τῶν τότε σοφῶν οἱ δοκιμώτατοι ποιηταὶ συνῆλθον. (ἦν δὲ ὁ Ἀμφιδάμας ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ πολλὰ πράγματα παρασχὼν Ἐρετριεῦσιν. Ἐν ταῖς περὶ Ληλάντου [vel Λιλάντου] μάχαις ἔπεσεν). ἐπεὶ δὲ τὰ παρεσκευασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπὴν καὶ δύςκολον ἐποίει τὴν κρίσιν διὰ τὸ ἐφάμιλλον, ἥ τε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου πολλὴν ἀπορίαν μετὰ αἰδοῦς τοῖς κρίνουσι παρεῖχεν, ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις, καὶ προὔβαλον μέν *), ὥς φησι Λέσχης·

Μοῦσα μοι ἔννεπ᾽ ἐκεῖνα τὰ μήτ᾽ ἐγένοντο πάροιθεν
Μήτ᾽ ἔσται μετόπισθεν.

ἀπεκρίνατο δὲ Ἡσίοδος ἐκ τοῦ παρατυχόντος·

Ἀλλ᾽ ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
Ἅρματα συντρίψωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης

V. p. 244. ed. nostr. Videtur igitur Lesches quidam auctor fuisse, non confundendus cum antiquiore Pyrrhaeo.

*) Vulgo προὐβάλομεν, unde Wyttenb. coniecit προὔβαλ᾽ Ὅμηρος, lenissima mutatione: nam Ὅμηρος scribitur in libris [illegible]

— Deinceps, ut erat propositum, de causis et rationibus scholarum dicatur, quibus quidem nihil est planius explicatiusque. Consistit enim discrimen primarium in eo, quod schola homerica facta antiquorum temporum historica et continua serie enarrat, hesiodia contra didacticam rationem iure vindicat. (Hesiodiam dico non quod Hesiodum antiquissimum putem eius generis poëtam, sed celeberrimum omnium; fateor tamen me plus semel de Hesiodi persona dubitasse, quum ipsa originatio nominis poëtae didacticum poesios genus aperte declaret; derivandus est enim Ἡσίοδος ab ἵημι et ὁδός, ut quasi ἡγεμὼν ὁδοῦ virtutis et scientiae i. e. parens philosophiae esse videatur; nam Ἡσίοδος est effictum ad analogiam vocis τερψίνοος similium). Bene hoc intellexit is, qui quum Homerum et Hesiodum quid pulcherrimum ipsi haberent in carminibus suis voluisset declarare, Hesiodum hunc versum ex Operibus recitare iussit: Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων ἐπιτελλομενάων, Homerum vero ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ *). Quocirca non inepte in hunc sensum tradiderunt Aesopum se dixisse discipulum Hesiodi, quod fabulae ethicae (αἶνον dixerunt antiqua tempora) inventio adscribitur Ascraeo poëtae (cf. Ἔργ. 200). Atque quemadmodum via et ratione inter se distant hae scholae poëticae, ita etiam elocutionis et pronuntiationis genere in circulis auditorum. Nam Homeri secta fidibus canebat, quum carmina sua recitabat, Hesiodii vero poëtae assa voce decantare poëmata solebant sine citharae modis, lauri ramum vel bacillum (ῥάβδον, σκῆπτρον, v. Theog. prooem. 30. Pausan. IX, 30.) manu tenentes.

---

*) Auct. Certam. Hes. et Hom. p. 248 sq.

Ea enim erat lauri natura secundum Graecos, ut et canentes vaticinandi facultate impleret et promptos ad audiendum animos inspiraret excipientibus. Quem usum recte Nitzschius (de histor. Homeri p. 139.) cum more Graecorum composuit in epulis ad ramum lauri vel myrti scolia canendi, ad idemque genus pertinere videntur; tum εἰρεσιῶναι, tum frondes supplicantium, quibus persuadere cupiunt hominibus a quibus mitiorem sortem exspectant, tum sceptrum quod apud Homerum manu tenere solent orantes in comitiis, tum Mercurii ῥάβδος (Il. XXIV, 343.), tum scytalae veteris ratio, qua imperatoribus a magistratibus Spartanorum mandata mittebantur. Hinc intelligitur, cur rhapsodi dicti sint hi poëtae, a ῥάβδῳ et ᾠδῇ deducto vocabulo. Paus. IX, 30. κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος κιθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων οὐδέν τι οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα· δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε. v. Pindar. Isthm. 3, 55. ibique Dissenium, Nicoclem ad Pind. Nem. II, 1. Callim. fragm. 138. Nitzsch. de histor. Homer. p. 138. Bekker. Anecd. p. 766 sq. Non magis inter se differunt ῥαψῳδός et ῥαβδῳδός quam βδάλλω et ψάλλω, βδέω et ψέω al. A ῥάβδῳ nomen etiam Heraclitus derivasse videtur ap. Diog. L. IX, I, 2. Qui a ῥάπτειν vocabulum deducunt (etiam eo sensu quem indicavit Wolfius proleg. p. 96.), quod Pindarus Nem. II, 1. de ῥαπτοῖς loquitur ἔπεσι, vereor, ne umbram pro corpore sectentur, quum ipse Pindarus se bene nosse veriorem etymologiam altero loco monstrarit, simili verborum sono lusurus in altero. Sed quid si etiam Homeri singula carmina rhapsodiae dicebantur? Nempe factum id est eo tempore, quo, excultis paullatim ceteris poëseos generibus, lyrico et dramatico, antiquum nomen

servatum est antiquissimo vatum generi, epico. Nam inde a Stesandri temporibus (Athen. XV. p. 638.) prorsus abolevisse videtur priscum illud cantorum genus, quod assa voce carmina sua didactica in festis publicis recitabat. Sic quod Pausanias (X, 7, 2.) de Hesiodo tradidit: λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελασθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος (τοῦ Δελφικοῦ), ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον de schola priscorum rhapsodorum, quorum ille princeps fuit, si intelligatur, veritati sane est consentaneum. Mutata igitur semel hac rhapsodi vocabuli significatione eo etiam perventum est, ut rhapsodi histrionibus et choreutis opponerentur, i. e. dramaticis et lyricis (Platon. Polit. II. p. 373. B. Legg. II. p. 658.).

Hanc scholam didacticam, quum in Boeotia, Phocide et Euboea praecipue videatur floruisse, haud sane mirum est oraculo delphico non solum magnam tribuisse auctoritatem, sed etiam ad elocutionem sacrae huius sedis, qua totius Graeciae religio cultusque tanquam firmo quodam fundamento nitebatur (v. Theog. 497. Pausan. X, 24.) hominesque quid facerent, quid sinerent, admonebantur, suum quodammodo ingenium conformasse. Imo vero Pythiarum sacerdotum oracula magnam cum Hesiodi carminibus eiusque toto loquendi modo contractam familiaritatem produnt, et ipse Hesiodus dicitur apud Acarnanas didicisse artem vaticinandi (Paus. IX, 31, 4.). Sic Pythia apud Herodotum VI, 86. versu quodam utitur, qui nunc legitur in Operibus Hesiodi 283. ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων. Quid? quod Hesiodus eum quem fratrem plerumque dicere solemus μέγα νήπιε Πέρση alloquitur, (Ἔργ. 286.), nonne pertinet ad idem genus admonitionum, quo Pythia utitur etiam adversus reges? Apud Herodotum I, 85. de Croeso dictum est μέγα νήπιε

Κροῦσι. Sed plura sunt etiam et quidem graviora quae hic in censum veniunt. Plutarchus de Pyth. oracul. 24. haec habet: *φιλοσοφία δὲ τὸ σαφὲς καὶ διδασκαλικὸν ἀσπασαμένη μᾶλλον ἢ τὸ ἐκπλῆττον διὰ λόγων ἐποιεῖτο τὴν ζήτησιν, ἀπέπαυσε δὲ τὴν Πυθίαν ὁ θεὸς πυρικάους μὲν ὀνομάζουσαν τοὺς αὐτῆς πολίτας, ὀφιοβόρους δὲ τοὺς Σπαρτιάτας, ὀρεᾶνας δὲ τοὺς ἄνδρας, ὀρέμποτας δὲ τοὺς ποταμούς.* Hinc colligitur Pythiam eam praecipue adamasse poëticam rationem, quae, pro nomine rei utitur eius praedicatis iisque paullo obscurioribus. Sic Delphi dicuntur *πυρίκαοι* vel *πυρκόοι* (v. Müller. Dor. I. p. 253.), Spartani *ὀφιβόροι* (*βόροι* dixit pro *ὀδοῦσι* seu aeolico *ἔδουσι*, v. Gregor. Cor. p. 597.), nam Sparti sunt nati e satis a Cadmo draconis, *ὄφεως*, dentibus; de hoc vocabulo cf. Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 81.), ut dubium esse videretur, utrum hos an Thebanos intellexerit oraculum, homines *ὀρεᾶνες* eodem modo quo putant *λαοὺς ἀπὸ τοῦ λᾶας* deducendos esse (v. Apollodor. 1, 7. Lobeck. Aglaoph. p. 846.), flumina *ὀρεμπόται*, quod in montibus nascuntur. Eandem rationem secuti sunt Orpheus sic dictus et Pythagoras (v. Clement. Alex. Strom. V. p. 571. A.), sed prae ceteris omnibus Hesiodus noster, cuius in Operibus haec animadverte: *φερέοικος* (573.), *ἀνόστεος* (526.), *πέντοζος* (744.), *χλωρόν* et *αὖον* (744.), *ἴδρις* (756.), *ἡμερόκοιτος ἀνήρ* (607.). Cuius rei exemplum vix unum reperitur in theogonia, nisi exceperis *γλαύκη* (440.), de quo, ut ab Orphico profectum, ambiguum iudicium est; in Homero nullum inveneris praeter *ἁλὸς ἵππους*, quemadmodum ille dicit naves; quaedam tamen habet Aeschylus, qui cum Pythagora proxime accedit ad hanc inventionem vocabulorum, ut *ἀνθεμουργός* (Pers. 604.) pro ape, *χαλκοῦ βαφαί* (Agamemn. 598.) pro caede, al. Acce-

dit, quod in Operibus Hesiodi leguntur quaedam ut ita dicam oracula ethica vel symbola; quae delphicum spirant ingenium: sic 744 *Μηδέ ποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν.* 748 *μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων* (l. *ἀνεπιξέστων*) *ἀνελόντα ἔσθειν μηδὲ λόεσθαι,* al., et quod Pythagoras, philosophus Apollinaris, symbola plura ex Hesiodo recepit (v. adnot. ad *Ἔργ.* 727. 741. 748.).

Quemadmodum igitur certo quodam pronuntiandi et eloquendi modo haec secta insignis est, ita etiam verborum formis peculiaribus gaudet. Ita *καλόν,* quo antiquissimi epici prima longa utuntur, primam habet brevem apud Hesiod. Theog. 585. Op. 63. (cf. Hermann. ad Orph. p. 817.); ita ultima syllaba accusativi pluralis primae declinationis corripitur: *κοῦρας* (Theog. 60.), *πᾶσας* (Theog. 184.), *βουλάς* (Theog. 534.), *εἰρέας* (Theog. 804.), *Σκύθας* (fragm. CXXII.), ut taceam alia in *Ἔργοις* exempla. An *χρυσείην* prima brevi huc pertineat nescio (Scut. 199.), nam *Χρυσάωρ* Theog. 280. trisyllabum esse potuit propter duplicem usum vocabuli *ἄορ* et *ἆορ.* Certe non minus boeotica fuisse videtur haec ratio (v. Boeckh. de metr. Pindar. p. 289) quam schema sic dictum boeoticum vel Pindaricum, quod saepius invenitur in carminibus hesiodiis, ut Theog. 875. 791. Scut. 113. 245. 254., et *ἐν* praepositionis coniunctio cum accusativo Theog. 784. Eiusdem rationis esse videtur aeolicus genitivus *μελιᾶν* Op. 144., *θεᾶν* Theog. 41.

De aetate ipsa Hesiodi quaerere difficillimum est, quod quae sub eius nomine circumferuntur carmina non uni eidemque poëtae adscribere licet. Subactissimum hac de re est iudicium Wolfii Prolegg. p. XLII. „Vocabulum poëtae posterius videtur ipso Hesiodo nec ante receptum quam musica ab arte pangendi carminis vulgo divelli coepisset (Cum his me non consentire supra signifi-

cavi). Sed Hesiodum quum dico, omne illud tempus intelligo, in quod hesiodeorum quae nunc feruntur operum confectio incidit. Non uni enim illa tribuenda esse patet; et multo plura nomine eius ferebantur apud veteres. In Ἔργοις loci sunt multi πίνῳ venerandae vetustatis signati. Theogonia autem et Scutum Herculis et maxima pars eorum, quorum brevia fragmenta supersunt, Homerum toto fere saeculo subsequuntur. Huius rei argumento est, quod in iis plures notiones novae exstant, et imitationes locorum homericorum, inprimis terrarum et populorum auctior et explicatior notitia. Cf. Anal. litt. III. p. 274. Haec cautius dicta sunt quam ea, quae protulit Vossius epist. myth. II, 12. et Antisymb. I. p. 289. Cf. Thiersch. de Hesiodo in commentat. acad. Monac. MDCCCXIII. p. 20. Vixisse Hesiodum Ol. XVI. ex eo concludit ille, quod Schol. Ven. ad Il. XXIII, 683. testentur cursores sine subligaculo in ludis publicis commemorasse Hesiodum *). Sed haec dicta sunt in Eoeis (v. fragm. XCII.), quae quanquam ad sectam hesiodiam pertinent, non possunt, ut ipse postea Vossius recte monuit, pro ipsius Hesiodi carminibus haberi. Confecta res foret, si credi posset Philochoro (v. Procl. ad Op. 263.) Stesichorum poëtam fuisse filium Hesiodi (atque hunc vel Mnasean filium suum intelligere Hesiodum Ἔργ. 263 allucinabantur cum Proculo Tzetzes et Gyraldus); is enim natus erat Ol. 37, 1. mortuus Ol. 56, 4. (V. Clintoni fast. hell. p. 5. Krueg.). Sed hoc mythicum non tam de progenie ac stirpe Hesiodi valet, quam de eius secta.

*) V. de hac re Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 554. Qui si dicit non verisimilem esse emendationem Schol. Venet. κατὰ τὴν λβ' ὀλυμπιάδα, non assentior. Nam τϛβ' exortum esse ex τριακόστην β' satis videtur apertum.

Dicuntur enim familiae etiam scholae philosophorum (v. Wolf. prolegg. p. XCVIII.). Valde incerta est igitur computatio Dodwelli de cyclis V, 10. — Mihi nunc fere acquiescendum esse videtur in sententia Herodoti, qui Hesiodum (i. e. theogoniae auctorem) et Homerum quadringentis fere annis suam ipsius aetatem antecedere dicit. Quicum fere consentiunt Euthymenes in Chronicis et Archemachus in tertio Euboicorum (v. Clement. Alex. Strom. I. p. 239. Sylb.) et Marmor Parium. Qui antiquiorem Hesiodum faciunt Homero non inepte concludunt ex magna parte operum et dierum; nam, ut hoc utar, versus 370 Oper. teste Aristotele Pittheo Thesei avo adscribebatur; qui recentiorem ex theogonia potissimum argumentantur. Utrumque enim carmen adscripserunt Hesiodo propterea, quod est didactici argumenti; nempe alterum, atque id quidem antiquius, ex practica philosophia petitum, alterum ex physiologia. Atque Opera Hesiodi quum dico antiquissima practicae philosophiae argumenta, praecipue intelligi volo praecepta ethica, politica et oeconomica. Ethica enim sunt v. 11 — 46. 202 — 247. 274 — 382. 708 — 764., politica sunt paucissima 248 — 273., longe numerosiora oeconomica, quorum pars de eligenda uxore (695 — 705) agit, pars de educandis pueris (750 — 754). Haec omnia sunt antiqua proverbia diversorum temporum. Sed longe plura rusticis de agro colendo (383 — 617) et mercatoribus de navigatione (618 — 694) praecepit Hesiodus, Helotarum poëta propter id ipsum a Spartano rege dictus *). Ad utrumque genus vitae pertinet calendarium, quod adiectum in fine est, quanquam du-

*) Hoc argumentum bene persequitur Dio Chrys. Or. II. p. 74 sq. F. I.

bito num ab eodem auctore profectum sit. Nam fabula de Apolline nato die septima Thargelionis mensis (*Ἔργ.* 770.) est Deliorum, non Boeotorum (v. Valcken. Aristob. p. 113. Müller. Dor. I. p. 309. 329). Ab his, quae non magis inter se cohaerent quam Theognidis gnomae (v. Wolf. prolegg. p. 127.) aut ea, quae Phocylidi adscribuntur praecepta et similia apud alios populos, via ac ratione prorsus diversa sunt tria carmina, quorum primum quod in Operibus legitur 47 — 105 *) de Prometheo et Pandora fabulam (*Πανδώραν* vel *Πιθοιγίαν* aliquoties dicunt grammatici) prosequitur, alterum (109 — 201.) de aetatibus a metallis appellatis (*δαιμονολογίᾳ*) agit, orientali reconditum doctrina, ut demonstrare conatus sum adnotatione **); tertium (504 — 558.), idque omnium recentissimum, descriptionem hiemis adiicit longe a gravitate Hesiodi alienam. Nam ut duo priora ethicae doctrinae fere consentanea sunt, quod humanae naturae imbecillitatem atque pravitatem demonstrant, ita tertium prorsus nihil habet quod in hanc rem aliquid faciat. Longe etiam plura videntur huic syllogae olim adiecta fuisse a recentioribus quae ad agriculturam pertinebant, si concludere id licet e fragmentis inde a pagina 208. a nobis propositis. Ceterum his omnibus per apostrophen ad Persen se convertit oratio, quod hoc fere proprium est prisco suasorio carmini (v. Welckeri prolegg. ad Theogn. p. LXXVII).

*) *Κρύψε* vocabulum v. 47. longe alius significationis esse videtur quam v. 41. 50. *κρύψαντες* et *κρύψε*. Videtur intelligendum esse *κρύψε τοὺς ἀνθρώπους*, ut Iliad. XVIII, 397. Cf. Lobeck. Agl. p. 679.

**) Ad *Ἔργ.* 106. dixi ex Eoeis ad *Ἔργα* traiectum hoc carmen videri. Sed quae Eunapius monuit nunc video etiam ad Eoeas vere pertinere potuisse. V. Plutarch. de orac. def. c. 11. 12. et fragm. Hes. CVI.

Ἔργα primo appellabantur haec carmina (Pausan. IX, 31.), cui nomini postea cum calendario *καὶ ἡμέραι* adiectum est. Nam adnectebatur hoc calendarium eodem modo, atque post versum 828. *ἔπη μαντικὰ* sive *ὀρνιθομαντείαν* alii adiecerunt teste Proculo ad Op. 824. De his additamentis intelligenda erant verba Pausaniae IX, 31. *καὶ ὅσα ἐπὶ ἔργοις τε καὶ ἡμέραις*, quae minus bene Siebelis explicavit. Sed aptius omnino erat toti carmini vocabulum *ὑποθῆκαι* vel *γνῶμαι* vel *παραινέσεις* vel *παραγγέλματα*, quod habent Isocrates contra Nicocl. p. 23. H. St. *σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους γεγενῆσθαι συμβούλους τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ λέγοντες αἱροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ὙΠΟΘΗΚΑΙΣ. ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας ΓΝΩΜΑΣ κ. τ. ἑ.*, Lucianus dial. de Hesiodo c. 1. *ἔτι δὲ γυναικῶν ἀρετὰς καὶ παραινέσεις γεωργικάς.* c. 8. *τὰ γὰρ τοιαῦτα παραινέσεις μὲν καὶ ὑποθήκας λέγων οὐκ ἄν τις ἁμαρτάνοι*, et Proculus ad Op. 758.

Longe aliter statuendum de theogonia est*), quam ampliorem nostrâ fuisse antiquis temporibus dubitari non potest. V. quae diximus ad v. 206. 273. 452. 616. al. et quae monuit Löbeck. Agl. p. 306. 567. Atque eam quidem pro genuino Hesiodi carmine habuisse Zenodotum et Aristarchum ex adnotatione Schol. Venet. ad Iliad. XVIII, 39. *ὁ τῶν Νηρεΐδων χορὸς προηθέτηται* (ante Aristarchum) *καὶ παρὰ Ζηνοδότῳ ὡς ἡσιόδειον ἔχων χαρακτῆρα* concludit Wolfius prolegg. p. CCLVIII. Sed huic rei non multum tribuerim, quum in Schol.

*) Theogoniam quum dico, partem eam intellectam volo, cui deinceps adiectum prooemium est v. 1—115., de quo nota est sagacissima Hermanni disputatio. Cf. adnot. ad Theog. 65.

Ambr. Odyss. XV, 74. etiam haec legantur: ἐν πολλοῖς οὐκ ἐφέρετο, καὶ ἔστιν ἡσιόδειος τῆς φράσεως ὁ χαρακτήρ. εἰ δεχοίμεθα αὐτόν, πρὸ τῶν πρὸ αὐτοῦ δύο στίχων ὀφείλει γράφεσθαι, nec tamen hic versus legitur in carminibus hesiodiis, quibus nunc nos utimur, ita ut ἡσιόδειος χαρακτήρ de omnibus eis poëmatis intelligendus esse videatur, quae scholae hesiodiae adscribebantur, etiam de Eoeis. Cuius rei aptissimum testimonium est apud veterem grammaticum (p 92. ed. n.) Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν εἶναι ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος κ. τ. ἑ. Theogonia igitur non ab eo auctore profecta est, cui Opera debemus, sed a recentiore quodam. Utrum hic Hesiodus dictus fuerit an Operum auctor quaerere nihil attinet. Boeotum fuisse ex sermone poëtae concludas, quanquam permirum accidit, quod Theogon. 337 — 345. in fluviis Oceani filiis ne unicum quidem Boeotiae numerat. Nisi hoc factum fortasse est propterea, quod omnia fere Boeotiae flumina in Copaïdem emittunt aquas, non in mare. Ad physiologicam partem philosophiae pertinere Theogoniam hesiodiam dixi. Quod quibus finibus circumscribi debeat, paucis exponam. Omnis mythologia distributa est in partes tres, cosmogoniam, theogoniam, heroogoniam. Harum quae primo loco est posita cosmogonia (ab versu 116 — 452.) longe apud nostrum auctorem differt ab homerica, quae nihil docet praeterquam quod dii omnes ex aqua sint progeniti, seu Oceano ac Tethye (Il. XIV, 200.). Ex nostro vero carmine systema physiologiae vere philosophicum multo recentius homerico atque elimatius emergit, cuius explicatio, si ex etymologia prudenter petatur, quemadmodum eius rei conatum fecit Hermannus (de mythologia Graecorum antiquissima in Opuscul. T. 1. et in epistola ad

Fr. Creuzerum Lips. 1819.) non est quod reprehendamus. Ita Hesiodus in hac parte mythologiae ab Aristotele laudatur cum Empedocle, Parmenide, Hermotimo (Metaph. p. 13, 24, 53. Brand. Phys. IV, 1.). Quid, quod Diogenes Laërtius IX, 3, 3. haec habet de Parmenide: *καὶ αὐτὸς δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς.* Modo meminerimus in tam antiquis vocabulis eo maiore opus esse cautione, quo remotiora sunt tempora, quibus procusa sunt. In eo tamen non consentio cum Hermanno, quod is explicationem physiologicam ultra cosmogoniam, i. e. ultra versum hesiodiae theogoniae 452ι, extendit. Theogonia enim, quae sequitur a versu 453. usque ad 962., vere est antiqua Homericorum carminum, politici, si ita dicere licet, argumenti, aliena ab physiologia. Politicam quum dico priscam theogoniam, intellectum id eo velim sensu, quem ex communi Graecorum sententia exposuit Aristoteles Metaph. XII, 8. et Polit. I, 1. *καὶ τοὺς θεοὺς δὲ διὰ τοῦτο πάντες φασὶ βασιλεύεσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν ἔτι καὶ νῦν, οἱ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο· ὥςπερ δὲ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν ἄνθρωποι οὕτοι καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν.* Antiquissima enim Graecorum mythologia simul cum exorto regno, antiquissima illa reipublicae humanae forma, excogitata est a primo rege, qui item primus sacerdos erat, cui novus rerum ordo prae antiquato patriarcharum regimine — nam antequam unius numini phylae seu tribus politicae parebant, subiectae erant singulae singulis principibus populorum — etiam religione videbatur sanciendus esse. Ita factum est, ut trium aetatum esset antiqua theogonia, quarum prima est materialium (ita enim licebit dicere) deorum (Oceani et Tethyis), secunda patriarchalium (Cro-

ni, Rheae cet.), tertia regalium (Iovis, Iunonis cet.). Primae et secundae aetatis dii quum templa non haberent in Graecia, a conditoribus mythologiae eo tantum consilio additi sunt, ut regii imperii maior dignitas et auctoritas esse videretur quam antiquorum patrum. Sed postea tribus his aetatibus adiecta est quarta, cuius princeps est Apollo, rex vere ethicus et ut ita dicam aesymnetes, quum Iuppiter antiquus heroici temporis rex esse videretur *). Haec ita inter se cohaerent, ut physiologicas rationes personis deorum politicis atque ethicis subiicere nefas videatur. Et tamen hoc factum est a philosophis recentioris aetatis. Antiquioribus enim philosophis hesiodia tantum cosmogonia pro sancto sapientiae fundamento erat, quod auctoritatem etiam suae doctrinae afferret, si apta interpretatione usi ad mutuum sensum accommodare possent. Sic Pherecydes χάος hesiodium a χεῖσθαι derivabat, ut cum sua doctrina de aqua omnium initio concinere videretur doctrina hesiodia. Sic Acusilaus et Eumelus in similem finem usi sunt hesiodio carmine (v. Clement. Alex. Strom. VI. p. 235.). Iam Empedocles et Parmenides et post eos Xenophanes ita aggressi sunt etiam theogoniam, i. e. alteram mythologiae partem, ut Cronidarum personas per quandam significationem nominum physiologice interpretarentur (v. Diog. L. VIII, 2, 12. IX, 3, 3.). Usi enim hi esse primi videntur allegoriis vel ὑπονοίαις (de quibus v. Platonem Pol. p. 378. HSt.), quas non intellexisse Homerum et Hesiodum in reprehensionem vocabant, quamvis ipsi hi philosophi prius

---

*) Haec omnia latius persequi nunc non vacat. Uberius sententiam meam exponere conatus sum in diario litter. Hermes inscr. T. XXIX.

excogitassent. Nam ita Xenophanes apud Sextum Emp. adv. Math. p. 341. B.

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστίν,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Cf. Diog. L. II, 46. Secuti sunt Stoici, ut Zeno qui ita docuit (Diog. L. VII, 1, 72.): *Δία μὲν γάρ φασι δι' ὃν τὰ πάντα, Ζῆνα δὲ καλοῦσι παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστι ἢ διὰ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν· Ἀθηνᾶν δὲ κατὰ τὴν αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ, Ἥραν δὲ κατὰ τὴν εἰς ἀέρα, καὶ Ἥφαιστον κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ· καὶ Ποσειδῶνα κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν, καὶ Δήμητραν κατὰ τὴν εἰς γῆν*: atque haec de interpretatione Zenonis theogoniae hesiodiae intelligenda esse comprobatur a Cicerone primo libro de natura deorum cap. 14. „Quum vero Hesiodi theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum: neque enim Iovem neque Iunonem neque Vestam neque quenquam qui ita appellatur in deorum habet numero, sed rebus inanimis et mutis per quandam significationem haec docet tributa nomina.“ De Chrysippo, e cuius Theogonia quaedam proposuimus ad Hesiod. Theog. 927., et Diogene Babylonio plane sic loquitur idem Cicero de nat. deor. I, 15. „Idemque disputat aethera esse eum quem homines Iovem appellarent: quique aër per maria manaret eum esse Neptunum: terramque eam esse quae Ceres diceretur, similique ratione persequitur vocabula reliquorum deorum. — Et haec quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musaei, Hesiodi, Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de diis immortalibus disserit, ut etiam veterrimi poëtae, qui haec ne suspicati quidem sunt, Stoici fuisse videantur. Quem

Diogenes Babylonius consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens diiungit a fabula." Hinc factum est, ut etiam Crates Mallotes Stoicus doctores suos sequeretur et venator fieret mythologiae physiologicae, de quo vide Wolf. proleg. p. CCLXXVIII.

Quod igitur fundamentum est huius quaestionis de recentiore aetate auctore theogoniae id iactum esse videtur eo, quod cosmogonia hesiodia cultioris philosophiae praecepta continet, et quasi anticipationem informat provectioris vitae. Verum etiam heroogoniae natura (a versu 963) de eadem re nos admonet. Qui Latinos et Tyrrhenos cum insulis sacris commemoravit, eum posteriorem Homero esse difficile est negare.

Venio ad cetera Hesiodo adscripta carmina, omnia didascalici generis, et argumenti tam practici quam mythologici. De his omnibus conferendus est locus Pausaniae IX, 31, 4. *Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένῃ δόξῃ λέγουσιν, ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιήσαι οὐδὲν ἢ τὰ ἔργα· καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον. καί μοι μόλυβδον ἐδείκνυσαν ἔνθα ἡ πηγή, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον· ἐγγέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ ἔργα· ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολύν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν· ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα [καὶ] ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας καὶ Θεογονίαν τε καὶ ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα καὶ ὡς Θησεὺς ἐς τὸν ᾅδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη· παραίνεσίς τε Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὴ τῇ Ἀχιλλέως καὶ ὅσα ἐπὶ ἔργοις τε καὶ ἡμέραις. οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων· καὶ ἔστιν ἔπη μαντικὰ ὁπόσα τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν.*

Ad mythologicum genus pertinent *Κατάλογοι*

γυναικῶν, dicti etiam Ἠοῖαι ab repetito initio carminis. Horum initium habemus in ultimis versibus theogoniae:

Ἀλλὰ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, καλλιέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Quos deinde ita sequebantur laudes heroinarum, ut praemissis versibus quibusdam talis fere argumenti de prima heroina ab Iove adamata:

Ἧις ἐμίγη φιλότητι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Κάλλεϊ καινυμένης ἐφ' ὁμήλικας εὐφυΐῃ τε,
Οἵη ἔην Νιόβη,

(quemadmodum indicavimus adnotat. ad Scut. 1.) adiiceretur postea ἢ οἵη Ἀλκμήνη vel simile quid de ceteris heroinis. Atque divisa haec carmina in quattuor libros erant, quorum ultimus longe maior et auctior fuisse videtur quam tres priores, unde cognomen μεγάλων Ἠοιῶν inditum est. Καταλόγους et Ἠοίας fuisse nomen unius librorum corporis ex eo patet, quod Scuti versus 1 — 56, quorum initium est ἢ οἵη ab antiquo grammatico (p. 92. nostr. ed.) desumpti esse dicuntur ex catalogo quarto: τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ ϛ'. Non praetermittendum est tamen non uni eidemque auctori tribuendos esse quattuor libros, quum haec legantur apud Scholiastam Apollonii Rhod. II, 181. πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν [εἰς Σκυθίαν] ὁδὸν ἐμήνυσεν. ἐν δὲ τῷ γ' καταλόγῳ ἐπειδὴ τὸν μακρὸν χρόνον τῆς ὄψεως προέκρινεν. Sic iudicavit etiam Wolfius prolegg. p. CLVII. „Itaque, inquit, nec ceteris reliquiis homericis nec hesiodiis defuerunt, ut opinor, διασκευασταί, qui singulares rhapsodias connecterent, sive eas, quae ab ipsis auctoribus ad eandem formam compositae erant, uno volumine complecterentur, ut καταλόγους γυναικῶν vel Ἠοίας μεγάλας.“ Auctorem Hesiodum

habuerunt Apollonius Rhodius et Crates Mallotes (v. Schol. ad Hesiod. Theog. 142). Dubitaverunt vero Aristophanes et Aristarchus grammatici longe gravissimi (v. Grammat. p. 92. ed. nostr. et Schol. Iliad. XXIV, 30. Suidas et Apollon. v. *μαχλοσύνη*). Quidquid sit huius sententiae, hoc verum esse videtur, in Scuto nostro, quod non inepte cum Eoeis connectebatur, facile dignosci posse tres partes, unam eamque antiquissimam a versu 1 — 56, quae e Catalogis desumpta est; hanc partem in Eoeis longe alia videntur secuta esse, de quibus optime exposuit Müllerus Dor. II. p. 478. Secunda pars est a versu 57 — 140, qui sunt coniungendi cum verss. 317 — 480. Ex hac, ut videtur, parte quaedam tanquam hesiodia laudaverat Stesichorus, probabiliter in Cycno *), unde factum est, ut scholium Aldinum de scuto diceret Stesichorum pro genuino Hesiodi carmine habuisse. Tertia eaque longe recentissima pars est uberior descriptio scuti a versu 141 — 317, de qua dixi ad v. 139. et 318 Scuti. Quare si ab Apollonio Rhodio et a Megacle Atheniensi vere hesiodium carmen dictum est Scutum, nescias de quanam poëmatis parte id praecipue intellexerint. De tertia parte cogitari omnino nolim. Theodosius Alexandrinus totum carmen Hesiodo abiudicavit. V. Bekker. Anecd. p. 672, 7. 1163. Theodos. Grammat. p. 54.

Ad Eoeas porro pertinuisse *Κήϋκος γάμον, Θησέως εἰς Ἅιδην κατάβασιν, ἐπιθαλάμιον Πηλέως καὶ Θέτιδος* credibile est. De Ceycis nuptiis lo-

*) Haec est sententia Mülleri. Ego, ut dicam quod sentio, vehementer dubito, num recte scriptum sit hoc nomen Stesichori. Probabilius est nomen Philochori, quod substituendum est nomini Stesichori etiam in fragm. Cantabr. post Photium Dobraei p. 676.

cus est apud Athen. II. p. 49. ὅτι Ἡσίοδος ἐν Κήϋκος γάμῳ, κἂν γὰρ γραμματικῶν παῖδες ἀποξενῶσι τοῦ ποιητοῦ τὰ ἔπη ταῦτα, ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ἀρχαῖα εἶναι, τρίποδας τὰς τραπέζας φησί. Qui si comparatur cum alio apud Plutarch. Sympos. VIII, 8. καθάπερ οὖν τὸ πῦρ τὴν ὕλην ἐξ ἧς ἀνήφθη μητέρα καὶ πατέρα οὖσαν ἤσθιεν, ὡς ὁ τὸν Κήϋκος γάμον ἐς τὰ Ἡσιόδου παρεμβαλὼν εἴρηκεν, facile demonstrat, εἰς τὰ Ἡσιόδου verba de catalogis esse intelligenda. Ceterum cf. de hoc carmine Müller. Dor. II. p. 481. Thesei ad inferos descensus Harlesio (Fabricii Bibl. Gr. I. p. 592.) ex Aegimio desumptum carmen videbatur. De qua re vehementer dubito. Inductus in errorem esse videtur eo, quod Cercopi poëtae tribuitur quaedam εἰς ᾅδου κατάβασις, quae tamen orphici erat argumenti neque quidquam commune habebat cum argumento nostri carminis mythologico. Magis subactum eiusdem viri docti iudicium est de epithalamio Pelei et Thetidis.

De Aegimio, singulari carmine in plures libros diviso, pauca habeo quae addantur iis quae dicta sunt p. 205 sq. Cercopi Milesio qui adscriberent fuerunt multi, in his sine dubio Apollodorus Mythol. II, 1. Ἥρα δὲ αἰτησαμένη παρὰ Διὸς τὴν βοῦν φύλακα αὐτῆς κατέστησεν Ἄργον τὸν πανόπτην, ὃν Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέστορος λέγει, Φερεκύδης δὲ Ἰνάχου, Κέρκωψ δὲ Ἄργου καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ θυγατρός. v. Hesiod. fragm. IV. Num etiam fragm. LXXXIX. huc pertineat dubito. Quod Diogenes Laërtius vit. Socr. 25. dicit Ἡσιόδῳ ἐφιλονείκει ζῶντι Κέρκωψ, τελευτήσαντι δὲ Ξενοφάνης, de illa modo memorata καταβάσει intelligendum est, qua ille ex praeceptis orphicis longe alia docuerat de animarum post mortem conditione quam Homerus et Hesiodus. Quod ζῶντι addidit Diogenes nu-

gatorium est, nisi de aetate Cercopis ex sententia Diogenis longe superiore aetate Xenophanis intelligatur. Nihil enim Cercops Milesius a Pythagoreo illo differre videtur, cuius mentio apud Ciceronem iniicitur (De nat. Deor. I, 38. v. Heyn. ad Apollodor. II. p. 354.). Eiusdem fortasse Cercopis est, non Onomacriti, hymnus ille in Hecatam insertus Theogoniae v. 411—452.

Ad alterum hesiodiae poësios genus pertinent primum *Μελαμποδίας* (non *Μελαμπῳδίας*, ut legitur apud Fabricium Bibl. Gr. I. p. 115.) libri seu de divinatione. Hos diversos fuisse ab *ἔπεσι μαντικοῖς*, ab Pausania tanquam hesiodiis commemoratis, admodum probabile est. Nam breviora haec fuisse quam Melampodiam ex eo sequitur, quod Proculus ad Oper. 824. testatur haec: *ταύτοις δὲ ἐπάγουσί τινες τὴν ὀρνιθομαντείαν, ἅτινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ.* Sed neque haec, neque illam Melampodiam Lucianum adscripsisse Hesiodo ex eius dialogo demonstrari potest, qui inscribitur Hesiodus. Ibi enim vituperatur Ascraeus poëta, quod, quanquam in prooemio in theogoniam dixisset cognita sibi esse *τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα* (v. 32), nihil tamen de futuro tempore praesagiisset. Tamen a Pausania traditur didicisse Hesiodum apud Acarnanas divinationem, quod Acarnania inde ab Alcmaeone habebatur vatum feracissima (v. Valckenaer. ad Herodot. I, 62. Clement. Alexandr. Strom. I. p. 245. Sylb.). Quae deinceps a Pausania commemorantur *ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν* possunt aut pro singulari libro de ostentis haberi aut pro eodem cum *ἔπεσι μαντικοῖς*. Mihi tamen neutrum videtur. Potius Astronomiam sic dictam Hesiodoque item adscriptam ab Pausania intelligendam esse putaverim. Nam Astronomiam vel *ἀστρικὴν βίβλον* vel *ἀστρολογίαν* hesiodiam tam

τα· ἐπὶ κακότητα εἶδεν, ἀντὶ τοῦ ἐκακώθη. Ἀρίσταρχος δὲ ἀθετεῖ τὸν στίχον τοῦτον. Ἄλλοι κακότητα ἔπι, οἱονεὶ ἐπὶ κακῷ ἑαυτόν. Theog. 114. οἱ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ ἐξ ἀρχῆς μόνον λέγουσιν, nempe δεῖν ἀθετεῖν vs. 115. 991., ubi pro Ἀρχίλοχος δὲ γράφει μύχιον cum Ruhnkenio praef. ad Hesych. p. VII. legendum est Ἀρίσταρχος; contra apud Tzetzam ad Op. 291. legendum est Ἀριστίππους pro Ἀριστάρχους. Praeterea adnotationes quaedam Aristarchi commemorantur ad Op. 97. ἔνδον ἔμιμνε πίθου] ὥς φησιν ἔμεινεν ἐν τῷ πίθῳ ἡ ἐλπίς· ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις. Τοῦτο δὲ καὶ Κωμανὸς ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ βασιλέως προύτεινε. Φησὶν οὖν Ἀρίσταρχος, ὅτι ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν. ὅθεν ἀκυρολογοῦμεν λέγοντες ἐλπίζειν κακά: ad Theog. 79. Ἀρίσταρχος τὸ προφερεστάτη ἀντὶ τοῦ πρεσβυτάτη ἤκουσεν. Similem aristarchii librum composuerat Aristonicus Alexandrinus: περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου, teste Suida s. v. Ἀριστόνικος. Semel in nostris scholiis laudatur ad Theog. 178. Ἀριστόνικος λοχεοῖο φησίν, ὡς θυρεοῖο· λοχεὸς γὰρ λέγει· βεβίασται δὲ τὸ λεχέοιο παρὰ τὸ ἔθος.

Apollonius Rhodius laudatur ab auctore argumenti III Scuti: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ′ (nescio cuius libri) φησὶν αὐτοῦ (τοῦ Ἡσιόδου τὴν ἀσπίδα) εἶναι; porro a scholiis ad Oper. 824. ad Theog. 26. γαστέρες οἶον] οἱονεὶ ἀντὶ τοῦ περὶ τὴν γαστέρα μόνην ἀσχολούμενοι καὶ μόνα τὰ τῆς γαστρὸς φρονοῦντες. Ἀπολλώνιος μὲν ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· ἀλλ' οὐ λείπει δὲ, ἀλλ' ἔστι ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον. Scilicet non intellexit Apollonii scholiastes. Illi enim abesse videbatur versus ante 26, quo Musae, ut se sequeretur, Hesiodum hortarentur.

Didymus duobus locis laudatur, uno ad Oper. 300. Δίδυμος δὲ κοτούρρις, ὅτι κότον ἔχουσιν

ἐν τῇ οὐρῇ; altero ad Theog. 126. Δίδυμος τὸ ἴσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ὅτι καὶ αὐτὸς ὥςπερ καὶ αὐτὴ ἐγεννήθη, ut nescias an singularem operam in Hesiodi carminibus interpretandis edendisve posuerit. V. Natal. Com. VI, 18.

Seleucus Alexandrinus citatus ad Oper. 96. ubi pro δόμοισι scripsit πίθοισι, Oper. 549. ubi pro πυροφόρος scr. ὀμβροφόρος., Scut. 415. ubi pro χαλκόν χαλκός; Theog. 114. 115. damnantur, 160 ἀχνυμένη, 270 καλλιπάρηος scripsit.

Crates Mallotes bibliothecae et Musei Pergamenici *) praefectus citatur ad Op. 527. Κράτης δὲ γράφει μαλκιόωντες quod recepit Brunckius; ad Theog. 126. ἀλλ' ὁ Κράτης ἀπορεῖ λέγων, εἰ γὰρ ἴσον πῶς δύναται καλύπτειν; λέγει οὖν ἴσον ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ τῷ μεγέθει δὲ ἀπειροπλάσιον. Theog. 142.

Demetrius Ixion Adramyttenus ἐξήγησιν εἰς Ἡσίοδον scripsit teste Suida.

Dionysius Corinthius teste Suida ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον, Hieronymus vero et Epaphroditus ὑπόμνησιν ἀσπίδος (V. p. 129) concinnaverunt.

Porro Plutarchus Chaeronensis quattuor libros commentariorum scripsit in Hesiodum (Aul. Gell. N. A. XX. 8.), quorum multa sunt reliqua in Procli scholiis ad Hesiodi Opera. In Theogoniam commentarios non videtur scripsisse. Collecta sunt fragmenta in T. XIV. Plutarch. Hutten. p. 292. (Tomo V. Moral. ed. Wyttb.). Notarat ille ut spurios hos versus Op. 267 — 273. 317. 318. 353 — 355. 375. 378. 561 — 563. 654 — 662. 757. 758. 794 — 797. De ultimis certe

*) De Museo Pergameno etiamnunc dubitat Matterus: essai historique sur l'école d'Alexandrie 1, p. 48. sine idoneis argumentis; v. Wolf. prolegg. p. CCLXXVI. Possum praeter Demetrium Ixionem etiam alios huius Musei doctores proferre, sed mitto haec ut aliena ab hoc loco.

***

significat *Ἀδμήτη*, *Ἠλέκτρη* pellucida, *Ξάνθη* lutea, *Γαλαξαύρη*, quae lacteum succum procreat (v. Voss. ad hymn. Cer. p. 121.), *Ζευξώ* bifida, *Μενεστώ* tarde fluens, *Πετραίη* e saxo prosiliens, *Πληξαύρη*, quae ab rupe abscissa se deiiciens aërem verberat, *Οὐρανίη* quae imbribus nutritur (*χειμάῤῥους*, aliter Voss. p. 121.), *Πρυμνώ*, quae a summis montium fastigiis descendit, *Τελεστώ*, quae prope a mari prosilit, *Διώνη*, quae utilitati est late patentibus terrarum tractibus (derivanda est enim a *διά* praepositione et *ὀνίνημι*; ω illud analogiam habet in *διωβελία* et quae sunt eiusdem generis), *Καλυψώ*, quae luto fecundo inducit terram, quum super ripas effluit. Minus huc pertinere videntur *Κερκηΐς* (quod si sanum est, derivandum esse videtur a *κέρχω*, *κερχνέω*; cf. Aristoph. Pac. 756. *φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τοκυίας*. Simile nomen est *Ἰάχη* hymn. Cer. 419.), *Ἰδυῖα*, *Μῆτις*, *Τύχη*, *Ἀκάστη* (ab α et *ΚΑΖΩ*, quanquam aliter Vossius l. l. p. 120.) et *Ἀμφιρώ*. *Ἰδυῖα*, *Μῆτις* et *Τύχη* ad fatidicas Nympharum virtutes pertinere videntur. *Ἀμφιρώ* unde derivem dubius haereo propter correptam mediam. Commode It. praebet *Ἀμφυρώ* ab *ἀναφύρειν*: sed υ illud longum est. Fortasse *Ἀμφυρὼ Κρυερή τε* vel tale aliquid.

V. 360. *Τύχη*] Laur. Lyd. de mens. p. 44. *Οὐδαμοῦ τῆς Τύχης ὀνόματος Ὅμηρος μέμνηται, Ἡσίοδος δέ.*

V. 361. *προφερεστάτη*] Non est natu maxima, sed omnium gravissima, quam Iuppiter prae ceteris honore prosecutus est (cf. v. 399.), quanquam ex versu 777. pro illa significatione argumenta peti posse videntur.

V. 363. *γε μέν*] tamen. V. Buttm. Exc. 11. ad Aratum.

τῶν ὄνομ' ἀργαλέον πάντων βροτὸν ἄνδρ' ἐνενιπεῖν,
οἱ δὲ ἕκαστοι ἴσασιν, ὅσοι περιναιετάουσι.
Θείη δ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπρήν τε Σελήνην
Ἠῶ θ', ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει
ἀθανάτοις τε θεοῖς, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
γείναθ' ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.
Κρίῳ δ' Εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
Ἀστραῖόν τε μέγαν Πάλλαντά τε δῖα θεάων
Πέρσην θ', ὃς πάσῃσι μετέπρεπεν ἰδμοσύνῃσιν.

V. 369. *ἄνδρ' ἐνενιπεῖν*] Sic scribendum esse evincunt Ven. Tr. habentes *ἄνδρ' ἒν' ἐνισπεῖν*, Med. *ἄνδρ' ἒν ἐνίππειν*. Ceteri *ἄνδρα ἐνίσπειν*. Taur. rectius *ἐνισπεῖν*. Franck. Callin. p. 186. *ἄνδρα γ'*. De *ἐνενιπεῖν* v. Buttm. Lexil. I. p. 280. Quod hic monuit aoristum minus aptum esse propterea, quod de continua multorum nominum sermo sit, id melius quadraret, si Hesiodus dixisset *τῶν ὀνόματα ἀργαλέον ἐστὶν ἐνισπεῖν*. Sed mutavit sententiam suam Buttm., ut nunc video. V. Lexil. II, p. 273.

V. 370. *ὅσοι*] Ita Ven. et Steph. marg. Sed Taur. *οἳ ἄρ' περιναιετάουσι*. Ceteri *οἳ ἂν περιν*. A. *περιναιστάωσι*.

V. 371. *Θείη*] Vulgò *Θεία*. — *λαμπρὴν*] Sic scripsi pro *λαμπράν*.

V. 373. *ἀθανάτοις τε θεοῖς*] Libenter scripsissem *ἀθανάτοις τε θεοῖσι*, ut voluit Wolf.

V. 374. *ὑπευνηθεῖσ'* A.

V. 375. *Κρίῳ*] Gaisf. et Dind. cum Reizio *Κρείῳ*, qui non recte propter metrum hoc necessarium esse asseveravit. *Κρῖος*

V. 371. *Θείη*] V. Pind. Isthm. V, 1.

V. 377. *Πέρσην*] Est pater Hecatae (v. 409.), cuius praeter hunc locum mentio non fit apud mythologos; v. Buttm. Myth. II. p. 192. Ruhnken. hymn. Cer. 24. Idem de Astraeo et Pallante dictum esto; de quibus omnibus v. Herm. de myth. p. 15.

V. 379. *Ἀργέστην*] Tres tantum hic ventos commemorari (sine Argeste) non est credibile, quanquam haec fuit Acusilai sententia. Sensit Aristarchus (nam recte emendasse Scholiastam videtur Gaisfordius ita: *τοῦτον (τὸν Ἀργέστην) Ἀρίσταρχος ἀπηλιώτην φησί*). Quae Vossius (epp. myth. I, 35.) protulit, ut Acusilai sententiam defenderet, captiosius dicta sunt quam verius. Monuit enim ille Eurum propterea hic non commemorari, quod is in nocuis ventis, Typhoëi filiis, haberetur. (Cf. vs. 869.). Verum omnino hic sermo est de *ἀνέμοις εὐθέσι*, non de *παρεκβάσεσι* ventorum (*μὰψ αὔραις*), in quibus et Eurus (non malus ille ap. Hom. Od. XIX, 206.) habendus, et is qui Italis audit Scirocco. Exspectabamus igitur hic Solanum commemorari. Atque vere Argestes proprie est is ventus, qui flat ab oriente, unde sol transit finitorem (*ἀπὸ τοῦ ἡλίου*). Haec enim regio vere dicitur *ἀργή*, i. e. clara. Post vero alia huic

Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους,
Ἀργέστην, Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηροκέλευθον
καὶ Νότον, ἐν φιλότητι θεὰ θεῷ εὐνηθεῖσα.
τοὺς δὲ μέτ' ἀστέρα τίκτεν Ἑωσφόρον Ἠριγένεια
ἄστρα τε λαμπετόωντα, τάτ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.
Στὺξ δ' ἔτεκ' Ὠκεανοῦ θυγάτηρ Πάλλαντι μιγεῖσα
Ζῆλον καὶ Νίκην καλλίσφυρον ἐν μεγάροισι·
καὶ Κράτος ἠδὲ Βίην ἀριδείκετα γείνατο τέκνα,
τῶν οὐκ ἔστ' ἀπάνευθε Διὸς δόμος, οὐδέ τις ἕδρη,

nomen proprium est apud Herodot. VI, 50. 73. Aristoph. Nub. 1359. τὸν Κριὸν ὡς ἐπέχθη. Eandem formam restitui nostro v. 134. Praeterea pro τίκτεν scripsi τέκεν ἐν cum Ven. Tr. It. Bar. (qui habet τέκε ἐν φ.) Steph. m.

V. 377. πάσῃσι μετέπρεπεν] Scriptura librorum ὃς καὶ πᾶσι parum idonea propterea videtur, quod aegre vel antiquissimus poëta πάντας de duobus usurpavit. Quare secutus sum partim Tr. Steph. m., qui habet ὃς πάσαισι, partim Bar., qui praebet ὅς γε πάσῃσι.

V. 379. Ἀργέστην, Ζέφυρον] Ita antiqui codd. Ven. Vat. Taur. al. Wolfius primus post Graevium ἀργέστην (l. ἀργεστὴν) Ζέφυρον. — τ' αἰψηροκέλευθον] A. et Steph. m. λαιψηροκέλευθον.

V. 380. θεὰ θεῷ] Sic scripsi cum Taur., Vat., Ven., Par., Tr., It. pro θεῷ θεά. Prorsus ita infra v. 405. et Hom. Od. V, 97. Il. II, 821. θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα. Il. XVI, 176. γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα.

vocabulo subiecta notio est; dixerunt omnes eos ventos ἀργεστάς, qui aërem liberarent nubibus (τοὺς αἰθρίους, ut Hom. Il. XI, 306. Notum), atque ita factum est, ut postea is ventus hoc nancisceretur prae ceteris nomen, qui est inter Zephyrum et Thrasciam. Argesten autem hic esse nomen proprium, non adiectivum, demonstratur etiam sententia grammaticorum, qui Ἀργέστην et ἀργεστήν pronuntiari iubent. Eustath. ad Hom. Il. p. 845, 60. τὸ ἀργέσταο εἰ μέν ἐστι κύριον ἀνέμου προπαροξύνεται, εἰ δὲ ἐπίθετον νότου ἐστὶ προπερισπᾶται. Cf. Choerob. in Bekk. Anecd. p. 1224. Atque Apeliotem in opportunis ventis haberi docet Andronici Cyrrhestis turris, quae Athenis erecta est ventis. De ventorum descriptione recentiori V. Aristotel. Pol. IV, 3. p. 117. καθάπερ ἐπὶ τῶν πνευμάτων λέγεται τὰ μὲν βόρεια, τὰ δὲ νότια, τὰ δ' ἄλλα τούτων παρεκβάσεις. p. 117, 13. ὥσπερ ἐν τοῖς πνεύμασι τὸν μὲν ζέφυρον τοῦ βορέου, τοῦ δὲ νότου τὸν εὖρον. Plin. H. N. II, 47. Vitruv. G. I, 6. A. Gell. II, 22. Laur. Lyd. de mens. IV, 46. Conr. Gesner. medit. phys. p. 127. Wernsdorf. poët. lat. V. p. 524. Praeterea calci huius libri adiecimus recentiores ventorum tabulas, alteram (A) ex Pseudo-Aristotele Meteor. II, 6, alteram (B) ex Musei Pioclementini marmore nuper a nobis descriptam.

οὐδ' ὁδὸς ὅππῃ μὴ κείνοις θεὸς ἡγεμονεύει·
ἀλλ' αἰεὶ πὰρ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ ἑδριόωνται.
ὣς γὰρ ἐβούλευσε Στὺξ ἄφθιτος Ὠκεανίνη
ἤματι τῷ ὅτε πάντας Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς
ἀθανάτους ἐκάλεσσε θεοὺς ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
εἶπε δ', ὃς ἂν μετὰ εἷο θεῶν Τιτῆσι μάχοιτο,
μή τιν' ἀποῤῥαίσειν γεράων, τιμὴν δὲ ἕκαστον
ἑξέμεν ἣν τὸ πάρος γε μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
τὸν δ' ἔφαθ', ὅςτις ἄτιμος ὑπὸ Κρόνου ἠδ' ἀγέρα-
στος,
τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν ἣ θέμις ἐστίν.
ἦλθε δ' ἄρα πρώτη Στὺξ ἄφθιτος Οὐλυμπόνδε
σὺν σφοῖσιν παίδεσσι φίλου διὰ μήδεα πατρός.

V. 387. Vat. οὐδ' ὁδιὸς ὅππῃ δι' ἐκείνων θεὸς ἡγεμονεύει. In marg. γρ. μετ' ἐκείνους.

V. 394. Hunc versum Hermannus sic scriptum esse ab antiquo poëta putat apud Franck. ad Hom. hymn. Merc. 478.: ὡς τὸ πάρος περ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι.

V. 397. ἄφθιτος] Ven. Bar. Tr. ἄφθιτον.

V. 398. σφοῖσιν] Ven. σφῇσιν.

V. 399. ἔδωκεν] Ven. Taur. δέδωκεν. Non male. Nam

V. 387. ἡγεμονεύει] Guiet. volebat ἡγεμονεύοι, quod probabat Wolf. Non recte. Constructio est τῶν δόμος οὐκ ἔστιν ἀπάνευθε Διὸς, οὐδὲ ἕδρη, οὐδ' ὁδός ἐστιν αὐτοῖς, ἣν μὴ Ζεὺς ἡγεμονεύει. Nam neque coniunctivo neque optativo propterea usus est poëta, ut demonstraret nullam non illis viam praeire Iovem: illud vero esset: „si quando Iuppiter illis viam non praeiverit, pro via eam non haberi ab asseclis. Heynius hunc versum pro spurio habuit, nullis tamen additis argumentis.

V. 397. Οὐλυμπόνδε] Sic scribendum esse, non Οὔλυμπόνδε dixi in libello de accent. gr. p. 98. ed. III. Qui Οὔλυμπόνδε pronuntiant, δε particulam ab Οὔλυμπον dispescere debent. Tamen Οὔλυμπόνδε et similia praeferre videtur Schaefer app. ad Dem. II, p. 247.

V. 408. Hunc versum ex margine adhaesisse dicunt Guiet., Heyn., Wolf. Robinsonus tamen commendatum esse ab epanaphora iudicavit. Verum tria sunt quae in reprehensionem incurrere in hoc versu videntur; primum μείλιχον illud post integrum versum interiectum, quod non pati videtur epanalepsis, cuius ea ratio est, ut gravius quid assequaris repetitione; v. annot. ad Oper. 3. 659. Hom. Il. XX, 371. καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,| εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν. XXII, 126. οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης | τῷ ὀαριζέμεναι ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε,| παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν· XXIII, 641. 642. ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν,| ἔμπεδον ἡνιόχευε. Od.

τὴν δὲ Ζεὺς τίμησε, περισσὰ δὲ δῶρα ἔδωκεν.
αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον,
παῖδας δ' ἤματα πάντα ἑοὺς μεταναιέτας εἶναι.
ὡς δ' αὔτως πάντεσσι διαμπερές, ὥςπερ ὑπέστη,
ἐξετέλεσσ'· αὐτὸς δὲ μέγα κρατεῖ ἠδὲ ἀνάσσει.
  Φοίβη δ' αὖ Κοίου πολυήρατον ἦλθεν ἐς εὐνήν·
κυσαμένη δὴ ἔπειτα θεὰ θεοῦ ἐν φιλότητι
Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο, μείλιχον αἰεί,
ἤπιον ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
[μείλιχον ἐξ ἀρχῆς, ἀγανώτατον ἐντὸς Ὀλύμπου.]
γείνατο δ' Ἀστερίην εὐώνυμον, ἥν ποτε Πέρσης
ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.
[ἡ δ' ὑποκυσαμένη Ἑκάτην τέκε, τὴν περὶ πάντων

etiam ἔδωκα ἔθηκα nunc aoristi primo perfecta fuisse videntur. Cf. tamen annot. ad v. 1014.

V. 401. ἑούς] ἑοῦ, quod praebetur a Taur. Par. Bar. Tr. debebat esse ἕου. v. Apollon. de adv. p. 107. B., nisi in quibusdam exemplaribus ἑοῦς scriptum est. V. Apollon. l. l. p. 98. B. Bast ad Greg. Cor. Schaef. p. 193.

V. 405. δὴ ἔπειτα] Ita scripsi e Med. cum Dind. pro δ' ἤπειτα vel δἤπειτα.

V. 406. ἐγείνατο] Ven. γείνατο.

I, 22. 23. ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας — Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται. Hesiod. Op. 3. 4. ὅντε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε,| ῥητοί τ' ἄῤῥητοί τε Διὸς μεγάλοιο ἕκητι. Callim. Iov. 92. 93. lav. P. 72. μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἀσυχία. Ἀμφότεραι λῷοντο μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι·| πολλὰ δ' ἀσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος. Cf. Ruhnk. ad Callim. lav. Pall. 40. Propert. 1, 3, 25. 26; deinde inane est ἐξ ἀρχῆς: nam quod Clericus voluit ἐξ ἀρχῆς esse: iam ante Iovem ridiculum est; denique offendimus ad ἀγανώτατον, quod aegre excusatur Homerico ὀλοώτατος ὀδμή. Accedit quod nec ἐντὸς Ὀλύμποιο pertinere ad aetatem Hesiodi videtur. V. annot. ad vs. 87. Haec omnia me commovent, ut recentioris alicuius rhapsodi habeam.

V. 411 — 522. Hunc hymnum in Hecatam non ab antiquo auctore Theogoniae profectum esse, sed additum a recentioribus quibusdam poëtis, fortasse Onomacrito, certa sunt indicia. Monuit hac de re iam Heynius. Primum atque gravissimum quidem hoc est, quod bis a poëta inculcatur Hecaten esse μονογενῆ (v. 426. 448.), nec tamen propterea privatam honore. (Τριτογενὴς Ἑκάτη dicitur apud Zenob. prov. IV, 16. propter tres partes mensis. Cf. annotat. ad Oper. 408.). Scilicet hoc apertum est indicium illatam esse Hecaten ab Orphicis antiquae theogoniae, a qua multum abest haec unum numen procreandi ratio. Μουνογενής vero est proprium Orphicorum

Ζεὺς Κρονίδης τίμησε· πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα,
μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
ἡ δὲ καὶ ἀστερόεντος ὑπ' οὐρανοῦ ἔμμορε τιμῆς,
ἀθανάτοις τε θεοῖσι τετιμένη ἐστὶ μάλιστα.
*καὶ γὰρ νῦν ὅτε πού τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
*ἔρδων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἱλάσκηται,
*κικλήσκει Ἑκάτην· πολλή τέ οἱ ἕσπετο τιμὴ
*ῥεῖα μάλ', ᾧ πρόφρων γε θεὰ ὑποδέξεται εὐχάς·
*καί τέ οἱ ὄλβον ὀπάζει, ἐπεὶ δύναμίς γε πάρεστιν.
ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο
καὶ τιμὴν ἔλαχον, τούτων ἔχει αἶσαν ἁπάντων,
οὐδέ τί μιν Κρονίδης ἐβιήσατο, οὐδέ τ' ἀπηύρα
ὅσσ' ἔλαχεν Τιτῆσι μετὰ προτέροισι θεοῖσιν,
ἀλλ' ἔχει ὡς τοπρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμός.
οὐδ', ὅτι μουνογενής, ἧσσον θεὰ ἔμμορε τιμῆς,—
*καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ ἠδὲ θαλάσσῃ·
ἀλλ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐπεὶ Ζεὺς τίεται αὐτήν.
ᾧ δ' ἐθέλει μεγάλως παραγίγνεται ἠδ' ὀνίνησιν·

V. 414. ὑπ' οὐρανοῦ] Fortasse ἐπ' οὐρανοῦ. Cf. v. 427. Nam quod Wolf. monuit sermonem esse de Urano, imperium mundi primo tenente, plane ab hoc loco alienum esse puto.

V. 415. τετιμένη] Ven. θεοῖς τετιημένη.

V. 417. ἔρδων] Ven. Tr. Steph. m. ῥέζων.

V. 419. ᾧ] Taur. οὗ, quod nescio an hic sit melius. Alius enim sunt generis quae protulit Porsonus ad Eur. Hecub. 539. et quae his addidit Schaeferus. Omnia enim haec exempla de rebus dicta sunt, quae manibus quasi porriguntur.

V. 423. ἐβιήσατο] Taur. ἐβιάσατο.

V. 431. θωρήσσωνται] Sic Ven.; P2. θωρήσσοιντο. Ceteri θωρήσσονται.

vocabulum, de Pallade et Proserpina, quae ipsa videtur esse Hecate, usurpatum. Quod quum non satis consentaneum esse antiquae theogoniae ipse hymni conditor intellexisset, putavit excusatione quadam opus esse. Deinde totus ille numinis alicuius prolixus honor non decet simplicissimam theogoniae Hesiodeae expositionem. Porro abhorret quum ab epicorum antiquorum tum ab Hesiodi dictione παραγίγνεσθαι v. 428. 432. 436. Cf. hymn. Orph. Hecat. 8., abhorret v. 440. οἳ γλαυκὴν ἐργάζονται: v. 452. mire dictum est αἵ δέ τε τιμαί atque eo excogitatum consilio, ut transitus pararetur ad sequentia, quae sunt vere Hesiodea; exspectabas saltem αἵδε τε τιμαί. Neque epicum puto illum ἐσθλοῦ vocabuli usum v. 435. 439.- 444. Atque duos agnovisse poëtas mihi videor, qui diversa addi-

ἔν τ' ἀγορῇ λαοῖσι μεταπρέπει ὅν κ' ἐθέλῃσιν·
ἠδ' ὁπότ' ἐς πόλεμον φθισήνορα θωρήσσωνται
ἀνέρες, ἔνθα θεὰ παραγίγνεται, οἷς κ' ἐθέλῃσι
νίκην προφρονέως ὀπάσαι καὶ κῦδος ὀρέξαι·
ἔν τε δίκῃ βασιλεῦσι παρ' αἰδοίοισι καθίζει·
ἐσθλὴ δ' αὖθ', ὁπότ' ἄνδρες ἀγῶνι ἀεθλεύωσιν,
ἔνθα θεὰ καὶ τοῖς παραγίγνεται ἠδ' ὀνίνησι.
νικήσας δὲ βίῃ καὶ κάρτεϊ καλὸν ἄεθλον
ῥεῖα φέρει χαίρων τε τοκεῦσιν κῦδος ὀπάζει.
ἐσθλὴ δ' ἱππήεσσι παρεστάμεν οἷς κ' ἐθέλῃσι,
καὶ τοῖς οἳ γλαυκὴν δυςπέμφελον ἐργάζονται·
εὔχονται δ' Ἑκάτῃ καὶ ἐρικτύπῳ Ἐννοσιγαίῳ.
ῥηϊδίως δ' ἄγρην κυδνὴ θεὸς ὤπασε πολλήν,
ῥεῖα δ' ἀφείλετο φαινομένην, ἐθέλουσά γε θυμῷ.
ἐσθλὴ δ' ἐν σταθμοῖσι σὺν Ἑρμῇ ληΐδ' ἀέξειν·
βουκολίας τ' ἀγέλας τε καὶ αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν,
ποίμνας τ' εἰροπόκων ὀΐων, θυμῷ γ' ἐθέλουσα,
ἐξ ὀλίγων βριάει, καὶ ἐκ πολλῶν μείονα θῆκεν.

V. 438. τοκεῦσι δέ Bar. Steph., τοκεῦσί τε A. It.
V. 440. γλαυκὴν] Fortasse Γλαύκην. Cf. vs. 244. Vulgo θάλασσαν subintelligendam esse censent. V. tamen Nonn. Dion. I, 75. XI, 49. Ἀφνειῆς ἀτίνακτα κατέγραφε νῶτα Γαλήνης. Hom. Od. VII, 319. Cf. Wakef. ad Lucr. I, p. 236. et quae congessimus animadvers. crit. in Callim. epigr. p. 7. Adde animadvers. ad Opp. 377.
V. 442. κυδνή] Ven. P 2. κυδρή.
V. 443. φαινομένην] Vat. φαινομένη.
V. 446. γ' ante ὀΐων A.
V. 447. καὶ ἐκ] Sic Ven. Taur. Ceteri κάκ.! καὶ ἐκ unam syllabam (κἠκ) apud Hesiodum faciunt. Cf. v. 405.

derunt diversis temporibus, alterum qui post v. 410. hos addidit versus 411—415. 421—426. 428—452; alterum eumque recentiorem (καὶ γὰρ νῦν legitur v. 416.) qui infersit v. 416—420. et v. 427., qui nunc inepto leguntur loco. Nam versus 416 — 420. inferendi sunt post 428., versus autem 427. coniungendus erat cum v. 425. ἀλλ' ἔχει ὡς τοπρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμὸς καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ ἠδὲ θαλάσσῃ. Omnes eos versus qui sunt alterius poëtae asteriscis notavi.

V. 440. γλαυκὴν — ἐργάζονται] Non repugnarem, si quis de praedatione maritima illa aetate haud ignobili accipere mallet. Vs. 442. perperam Schol. ad venatores trahit. F. A. W. Bis lapsus est vir egregius, si recte video; nam versus 441. ita apodosin continere non potest propter adiectum δέ in ῥηϊ-

οὕτω τοι καὶ μουνογενὴς ἐκ μητρὸς ἐοῦσα
πᾶσι μετ' ἀθανάτοισι τετίμηται γεράεσσι.
θῆκε δέ μιν Κρονίδης κουροτρόφον, οἳ μετ' ἐκείνην
ὀφθαλμοῖσι ἴδοντο φάος πολυδερκέος Ἠοῦς.
οὕτως ἐξ ἀρχῆς κουροτρόφος· αἳ δέ τε τιμαί.]

Ῥεῖα δ' ὑποδμηθεῖσα Κρόνῳ τέκε φαίδιμα τέκνα,
Ἱστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον,
ἴφθιμόν τ' Ἀΐδην, ὃς ὑπὸ χθονὶ δώματα ναίει
νηλεὲς ἦτορ ἔχων, καὶ ἐρίκτυπον Ἐννοσίγαιον,
Ζῆνά τε μητιόεντα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
τοῦ καὶ ὑπὸ βροντῆς πελεμίζεται εὐρεῖα χθών.
καὶ τοὺς μὲν κατέπινε Κρόνος μέγας, ὅςτις ἕκαστος
νηδύος ἐξ ἱερῆς μητρὸς πρὸς γούναθ' ἵκοιτο,
τὰ φρονέων, ἵνα μή τις ἀγαυῶν Οὐρανιώνων
ἄλλος ἐν ἀθανάτοισιν ἔχοι βασιληΐδα τιμήν.

V. 451. πολυδερκέος] Ven. Taur. πολυδέρκεον.

V. 452. οὕτως] Taur. ὄςτως.

V. 454. Ῥεῖα δ' ὑποδ.] A. Ῥείη δ' αὖ δμ. Ven. Tr. Ῥείη ὑποδ. Taur. Ῥεῖα ὑποδ.

V. 462. ἔχοι] Sic Par. Taur. pro ἔχῃ.

V. 465. Hunc versum spurium esse iudicant Guiet., Heyn., Wolf., Gaisf., Dind. Non putaverim. Oraculo quasi proditum erat (v. enarrationem) a filio Cronum regno exutum iri. His ipse poëta addidit hoc Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς factum iri. Scriptura πατρὸς pro Διός, quae pessime habet propter Atticam correptionem, δίως ἄγρην. Quare post Ἐννοσιγαίῳ plene interpunxi.

V. 450. οἳ μετ' ἐκείνην] Constr. κουροτρόφον ἐκείνων, οἳ μετ' ἐκείνην ἴδοντο φάος ἠελίοιο.

V. 452. Post hunc versum lacuna esse videtur Thierschio (de Hes. p. 23. 24.); nondum enim de Saturni regimine expositum esse. Verum omnino animadvertendum est hanc theogoniae partem, cuius principium est v. 453, prorsus sensu differre ab altera. Pars prior cosmogoniam continet, haec vero theogoniam; illa vere physica est, haec, ut est uberior poëtica dictione, ita etiam, si pauca demas, cum illa doctrina physica universali nihil commune habet.

V. 463. πεύθετο γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ] Mirum est quod ex antiqua theogonia protulit Clemens homil. VI, 2. T. 1. p. 664. ed. Cotel. οὐδ' αὖ Κρόνος τῇ Ῥέᾳ μιγεὶς καὶ γεννήσας Πλούτωνα πρῶτον κατέπιεν διά τινα Προμηθέως θεσμὸν δεδιώς, μήποτε γεννηθὲν ἐξ αὐτοῦ βρέφος, γενναιότερον γενόμενον, ἀφέληται αὐτὸν τῆς βασιλείας. Simile quid de Prometheo et Iove narrat Aeschylus Prom. 793. 899.

πεύθετο γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
οὕνεκά οἱ πέπρωτο ἑῷ ὑπὸ παιδὶ δαμῆναι,
καὶ κρατερῷ περ ἐόντι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς·
τῷ ὅγε οὐκ ἀλαοσκοπιὴν ἔχεν, ἀλλὰ δοκεύων
παῖδας ἑοὺς κατέπινε· Ῥέην δ᾽ ἔχε πένθος ἄλαστον.
ἀλλ᾽ ὅτε δὴ Δί᾽ ἔμελλε θεῶν πατέρ᾽ ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν
τέξεσθαι, τότ᾽ ἔπειτα φίλους λιτάνευε τοκῆας
τοὺς αὐτῆς, Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν ἀστερόεντα,
μῆτιν συμφράσσασθαι, ὅπως λελάθοιτο τεκοῦσα
παῖδα φίλον, τίσαιτο δ᾽ ἐρινῦς πατρὸς ἑοῖο
παίδων οὓς κατέπινε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης.
οἱ δὲ θυγατρὶ φίλῃ μάλα μὲν κλύον ἠδ᾽ ἐπίθοντο,
καί οἱ πεφραδέτην ὅσαπερ πέπρωτο γενέσθαι
ἀμφὶ Κρόνῳ βασιλῆϊ καὶ υἱέϊ καρτεροθύμῳ.
πέμψαν δ᾽ ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίονα δῆμον,
ὁππότ᾽ ἄρ᾽ ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι,

ficta ab iis est, qui *Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς* coniungerent cum *πέπρωτο*, non cum *δαμῆναι*.

V. 466. *ὅγε οὐκ*] Hiatus pessimae notae. Scribe *τῷ Κρόνος οὐκ ἀλαοσκ.* [Bentl. *τῷ δ᾽ ἄρ᾽ ὄγ᾽*. F. I.]

V. 469. *τέξεσθαι*] Ven. *τεύξεσθαι.*

V. 470. *τοὺς αὐτῆς*] Ante Reizium *τοὺς αὑτῆς.*

V. 471. *συμφράσσασθαι*] P 2. *οἱ φράσσ.*

V. 473. Etiam hunc versum glossema peperisse videtur, quod fortasse quis ad *πατρὸς ἑοῖο* adscripserit. Notavit eum Heynius. F. A. W. Secuti sunt Gaisf. et Dind.

V. 477. *Λύκτον*] Taur. *Λύκτρον.*

984., sed non falsum esse Clementem memoria, quum idem de Saturno et Prometheo narraret, demonstrat Aeschyli versus 993. (Blomf.) *οὐκ ἐκ τῶνδ᾽ ἐγὼ δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην.* Duo tyranni sunt Uranus et Cronus. Nam de Ophione non puto cogitasse Aeschylum; v. Hom. Il. XVIII, 399. Apollon. I, 503.

V. 470. *τοὺς αὐτῆς*] Vere Reizius monuit antiquos poëtas nunquam ita usos esse spiritu denso (*αὑτῆς*), semper illos dixisse *ἕο αὐτοῦ, οἱ αὐτῷ.* Si recte intelligo Apollon. Dysc. de pron. p. 103. A. B., Alcaeus primus hac crasi usus est inter poëtas. Cf. animadvers. ad vs. 126.

V. 473. Nisi additur *Κρόνος*, constructio mihi videtur impeditior esse quam pro simplicitate Hesiodea. Construe: *λιτάνευε τοκῆας μῆτιν συμφράσσασθαι, ὅπως λελάθοιτο Ῥεῖα τεκοῦσα φίλον υἱόν, καὶ ὅπως Κρόνος τίσαιτο ἐρινῦς πατρὸς ἑοῖο παίδων ἕνεκα, οὓς κατέπινε.* Si deest versus 478., *τίσαιτο* non habet subiectum quo referatur. Cf. Hom. Il. XXI, 412. *οὕτω κεν τῆς μητρὸς ἐρινύας ἐξαποτίνοις.* Guieti coniectura *ἀνδρὸς ἑοῖο* commode carebimus.

[Ζῆνα μέγαν· τὸν μέν οἱ ἐδέξατο Γαῖα πελώρη
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε.]
ἔνθα μὲν ἷκτο φέρουσα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν
πρώτην ἐς Λύκτον· κρύψεν δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα
ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης,
Αἰγαίῳ ἐν ὄρει, πεπυκασμένῳ, ὑλήεντι.
τῷ δὲ σπαργανίσασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιξεν
Οὐρανίδῃ μέγ' ἄνακτι, θεῶν προτέρῳ βασιλῆϊ·
τὸν τόθ' ἑλὼν χείρεσσιν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν,
σχέτλιος, οὐδ' ἐνόησε μετὰ φρεσὶν, ὥς οἱ ὀπίσσω

V. 480. ἐν abest ab A.
V. 481. θοήν] θοή elegantius esse frustra monuit Schraderus ad Musaeum p. 217.
V. 482. χερσί] Ven. Taur. χειρί. Paullo ante πρῶτον δ' ἐς Λύκτον Taur., πρῶτον ἐς αὐτήν Λ. A.
V. 487. ἐγκάτθετο] Quanquam Par. praebebat ἐςκάτθετο, quod receptum est a L. Dind., suadentibus Reizio et Wolfio,

V. 479. 480. Hi versus sunt alius recensionis pro versibus 481—484. Sic τὸν μέν v. 479. et τῷ δέ v. 485. aptissime sibi respondent. Quare uncis circumscripsi v. 479. 480., non quod spurios habeam, ut Wolf., Gaisf., Dind. Causa vero aperta est, quae poëtas commovit, ut versus 481—484. adderent. Nempe duo erant in Creta oppida diversis temporibus opulentissima, Lyttus et Cnossus; utrumque honorem sibi arrogavit educati et nutriti apud se Iovis (ut etiam Alybe, v. Steph. Byz. s. v.); ita antiquior poëta Lyttum tantum commemoraverat, recentior quidam, qui Cnossum addere volebat, id eo se assequi posse putavit, si versibus quibusdam commonstrasset, primo quidem Lyttum portatum esse Iovem, deinde vero in Idam montem. Nam αἰγαῖον ὄρος est Ida mons, sic dictus ab Amalthea capra, v. Callim. Iov. 49—51; patet igitur quam inepta sit coniectura Robinsoni Ἰδαίῳ ἐν ὄρει [Δικταίῳ Bentl. F. I.]. Sed non satis callide Cnossius ille rhapsodus rem suam egit; nam post πρώτην ἐς Λύκτον exspectabas μετέπειτα, quo nunc aegre caremus. Videtur igitur in quibusdam exemplaribus scriptum fuisse: πρῶτον ἐς αὐτὴν Λύκτον, ἔπειτα δὲ χερσὶ λαβοῦσα. Haec Lytti urbis commemoratio apud Hesiodum certissimo est testimonio res olim Lyttiorum in Creta praevaluisse. Quod Meursius Cret. II., p. 74. coniecit Δίκτον pro Λύκτον non opus est refutare.

V. 483. ἠλιβάτῳ] V. ad vs. 675.

V. 486. μέγ' ἄνακτι] Rarius μέγα cum nomine appellativo coniungitur. Simile est μάψ αὔραι v. 872. et ὁ πάνυ Σωκράτης. Sic etiam comparativi et superlativi adduntur, ut Herod. I, 146. μᾶλλον Ἴωνες et ap. Cicer. A. Q. IV. 46. minus homo. Cf. Bernhardy Synt. p. 338.

V. 490. ὁ δ' ἐν ἀθανάτοισιν] Pedestris orationis scriptor dixisset αὐτὸς δὲ ἐν

ἀντὶ λίθου ἑὸς υἱὸς ἀνίκητος καὶ ἀκηδὴς
λείπεθ', ὅ μιν τάχ' ἔμελλε, βίῃ καὶ χερσὶ δαμάσσας,
τιμῆς ἐξελάαν, ὁ δ' ἐν ἀθανάτοισιν ἀνάξειν.
Καρπαλίμως δ' ἄρ' ἔπειτα μένος καὶ φαίδιμα γυῖα
ηὔξετο τοῖο ἄνακτος· ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν
Γαίης ἐννεσίῃσι πολυφραδέεσσι δολωθεὶς
ὃν γόνον ἂψ ἀνέηκε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης,
νικηθεὶς τέχνῃσι βίηφί τε παιδὸς ἑοῖο.
πρῶτον δ' ἐξήμησε λίθον, πύματον καταπίνων·
τὸν μὲν Ζεὺς στήριξε κατὰ χθονὸς εὐρυοδείης

tamen ἐγκάτθετο nolui mutare, quod et codicibus melioribus sustentatur et legitur apud Chrysippum (Galen. de Hipp. et Plat. dogm. III, 273.) et proxime accedit ad dialectum Aeolicam. Non ignotum est enim Aeolenses ἐν cum accusativo construxisse.

V. 493. ηὔξετο] Taur. ηὔξατο. Pro ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν, quod habent Ven. Taur. Bar. RS. Steph. m. et Tr. (hic tamen sine δέ), ceteri ἐπιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ.

ἀθανάτοισιν ἀνάξειν. Guieti coniecturis καὶ ἐν ἀθ. vel ἠδ' ἀθαν. non opus est.

V. 492. Ἐπειδὴ δὲ Ζεὺς ἐγενήθη τέλειος, λαμβάνει Μῆτιν, τὴν Ὠκεανοῦ, συνεργόν· ἣ δίδωσι Κρόνῳ καταπιεῖν φάρμακον, ὑφ' οὗ ἐκεῖνος ἀναγκασθεὶς πρῶτον μὲν ἐξεμεῖ τὸν λίθον, ἔπειτα τοὺς παῖδας, οὓς κατέπιε· μεθ' ὧν Ζεὺς τὸν πρὸς Κρόνον καὶ Τιτᾶνας ἐξήνεγκε πόλεμον. μαχομένων δὲ αὐτῶν ἐνιαυτοὺς δέκα, ἡ Γῆ τῷ Διὶ ἔχρησε τὴν νίκην, τοὺς καταταρταρωθέντας ἂν ἔχῃ συμμάχους· ὁ δὲ τὴν φρουροῦσαν αὐτῶν τὰ δεσμὰ Κάμπην ἀποκτείνας ἔλυσε. Καὶ Κύκλωπες τότε Διὶ μὲν διδόασι βροντὴν καὶ ἀστραπὴν καὶ κεραυνόν, Πλούτωνι δὲ κυνέην, Ποσειδῶνι δὲ τρίαιναν. Οἱ δὲ τούτοις ὁπλισθέντες κρατοῦσι Τιτάνων, καὶ καθείρξαντες αὐτοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ, τοὺς Ἑκατόγχειρας καθίστασαν φύλακας. αὐτοὶ δὲ διακληροῦνται περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ λαγχάνει Ζεὺς μὲν τὴν ἐν Οὐρανῷ δυναστείαν, Ποσειδῶν δὲ τὴν ἐν θαλάσσῃ, Πλούτων δὲ τὴν ἐν ᾅδῃ. Apollod. Myth. II, 2. Hinc Heynius et Wolfius quaesivere, qui factum esset, ut v. 496. adderetur νικηθεὶς τέχνῃσι βίηφί τε παιδὸς ἑοῖο, si Γαίης ἐννεσίῃσι res facta sit; sed aut Γαίης ἐννεσίῃσι illud φάρμακον innuere videtur a Tellure paratum, quod partim vi, partim astutia Saturno a Iove datum est, aut v. 494. est alius recensionis pro versu 496., qui proxime accedit ad Apollodori narrationem.

V. 493. ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν] Idem est quod supra v. 492. ἔπειτα dixit et v. 184. περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

V. 497. πύματον καταπίνων] Male me habet hoc praesens; exspectaram καταπιών, si hoc licuisset per metrum. Ceterum quod Saturnus suos liberos ipse devoravit, ita nuper explicare conatus est doctissimus Böttigerus Kunstmyth. I, p. 219., ut Saturnum cum Molocho Phoenicum compararet. Verum huic explicationi minime favere videtur, quod Graecorum Saturnus devoratos liberos rur-

Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ γυάλοις ὑπὸ Παρνησοῖο
σῆμ' ἔμεν ἐξοπίσω, θαῦμα θνητοῖσι βροτοῖσι.
[Λῦσε δὲ πατροκασιγνήτους ὀλοῶν ἀπὸ δεσμῶν
Οὐρανίδας, οὓς δῆσε πατὴρ ἀεσιφροσύνῃσιν·
οἵ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων,
δῶκαν δὲ βροντὴν ἠδ' αἰθαλόεντα κεραυνὸν
καὶ στεροπήν· τοπρὶν δὲ πελώρη Γαῖα κεκεύθει·
τοῖς πίσυνος θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.]
Κούρην δ' Ἰαπετὸς καλλίσφυρον Ὠκεανίνην
ἠγάγετο Κλυμένην καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν.
ἡ δέ οἱ Ἄτλαντα κρατερόφρονα γείνατο παῖδα·

V. 501. ἀπὸ] P2., A. ὑπό.
V. 503. ἀπεμνήσαντο] Ven., Tr. Steph. marg. ἐπεμνήσαντο.
V. 511. αἰολόμητιν] Taur. ἀγκυλόμητιν.

sus evomere cogitur. Potius Saturnus ille Neptunum et Plutonem devorans indicare videtur ante Iovem in uno numine contenta fuisse regna maris, Orci etc., quae post diversis diis tradita sunt a Iove, i. e. Saturnus evomuit istos reges, quos antea in suo corpore coarctarat. Hinc novae leges divinae exortae sunt (θέμιστες) Delphico prodendae oraculo. Atque hoc ita expressum mythis est antiquis, ut Iuppiter Delphici oraculi fundamenta iecisse diceretur. De saxo illo Delphico cf. Pausan. X, 24. Alius est λάϊνος οὐδός, cf. Müller. Orch. p. 244. Ceterum haec omnia Platonem uberiora legisse, ut ex philosophi verbis divinarat Wolfius (R. P. II, p. 377. E.), non facile concedam.

V. 501 — 506. Haec ad Hesiodum non pertinent, sed ex alio quodam antiquo poëmate huc translata sunt ab aliquo, qui manca haec esse putabat. Hesiodea non esse patet ex vocabulo Οὐρανίδαι v. 502., quo auctor versuum insititiorum Cyclopes notare voluit, quod tantum abest, ut Hesiodus fecerit, ut nihil magis ab eius doctrina mythologica abhorreat. Ex versibus 139. et 147. satis comprobatur Cyclopes ex Hesiodi sententia natos esse a sola Tellure, non cum Coelo, quocirca Οὐρανίδαι dici non poterant ab eo poëta, qui versus 139. et 147. conscripserat, sed poterant ab eo, qui fontes Apollodori secutus est. Hanc ob causam obelis notavi. Cf. Völcker. myth. Iap. p. 298.

V. 505. τοπρίν] Sic scripsi ad analogiam adverbiorum τοπρῶτον etc., ut eo facilius intelligatur non necessariam esse Guieti coniecturam τὰ πρίν, quam in textum recepit Robinsonus. Vid. Wolf. praef. ad Hom. Il. LXII. Totus versus 505. interpolationem redolere videbatur Heynio; sed hunc verba τὰ πρὶν δὲ πελώρη Γαῖα κεκεύθει de Cyclopibus intellexisse patet, quum intelligenda de fulminibus essent.

V. 507 — 516. Narratur eadem fabula de Prometheo et Pandora in Oper. v. 42 — 105. et repetitis quidem versibus qui-

τίκτε δ' ὑπερκύδαντα Μενοίτιον· ἠδὲ Προμηθέα
ποικίλον, αἰολόμητιν, ἁμαρτίνοόν τ' Ἐπιμηθέα,
ὃς κακὸν ἐξ ἀρχῆς γένετ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσι·
πρῶτος γάρ ῥα Διὸς πλαστὴν ὑπέδεκτο γυναῖκα
παρθένον. ὑβριστὴν δὲ Μενοίτιον εὐρύοπα Ζεὺς
εἰς Ἔρεβος κατέπεμψε βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ
εἵνεκ' ἀτασθαλίης τε καὶ ἠνορέης ὑπερόπλου.
Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,
πείρασιν ἐν γαίης, πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων,
ἑστηώς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτῃσι χέρεσσι.
ταύτην γάρ οἱ μοῖραν ἐδάσσατο μητίετα Ζεύς.

V. 519. Hunc versum cur addititium censeat Guiet. non assequor. Nam quod infra v. 747. recurrit, argumentum fere est nullum. — ἀκαμάτῃσι P 2. et v. 747. Vulgo ἀκαμάτοισι.

busdam ex theogonia. Cf. Theog. 571 — 573. cum Opp. 70 — 72. Theog. 613. cum Opp. 105. Quae diversa sunt in utraque narratione perstrinxit Völcker mythol. Iap. p. 9 sq., sed minime is eo nobis satisfaciens, quod hinc diversis auctoribus haec carmina tribuit. Quod ut verum sit, non potest ex iis argumentis comprobari, quae protulit Völckerus post Buttm. Myth. I. p. 57. Nam haec diversitas facillime explicatur ex diversa horum poëmatum ratione, quorum alterum est mere physiologicum et theogonicum, alterum ethicum atque ad practicam philosophiam pertinens. Ex recens adiecto in Operibus Pandorae nomine exorta sunt additamenta illa mythica, quae absunt a theogonia. In toto hoc mytho vere humano et humanam naturam repraesentante Atlas significat tolerantiam, Prometheus providentiam, Epimetheus caecitatem, Menoetius mortalitatem (Μενοίτιος ὃν ὁ οἶτος μένει, ἢ ὃς μένει τὸν οἶτον) hominum, quae nascitur ex nimia audacia; atque ex hac coniunctione duorum bonorum et duorum malorum mira est exorta natura humana. Atlantem navigationem denotare non facile mihi persuadeat Völckerus. Ceterum notandum est versus 512 — 516. huc non satis apte reiectos esse ab antiquis rhapsodis. Inserendi enim erant post descriptionem pugnae Cronidarum cum Titanibus. Nam post victos Titanes Cronidae ἐκρίνοντο Μηκώνῃ (v. 536.)

V. 418. Ἑσπερίδων λιγυφώνων] Beatorum insulae, in quas post mortem immigrare solent ii, quibus Iuppiter favet, sunt in occidentali plaga, quod Sol occidens notat vitam occidentem. Hinc factum est etiam, ut pretiosissima quaeque inveniantur in occidentis solis regione, ut ambrosia, quae a columbis Iovi affertur, ut Hesperidum poma. Λιγύφωνοι epithetum, quo ab Hesiodo ornantur Hesperides (ab Euripide Herc. fur. 394. ὑμνῳδοί et Hipp. 743. ἀοιδοί dicuntur) mihi ex Ligyum nomine exortum esse videtur; Hesperides enim habi-

δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον
δεσμοῖς ἀργαλέοισι μέσον διὰ κίον' ἐλάσσας.
καί οἱ ἐπ' αἰετὸν ὦρσε τανύπτερον· αὐτὰρ ὅγ' ἧπαρ
ἤσθιεν ἀθάνατον, τὸ δ' ἀέξετο ἶσον ἁπάντῃ
νυκτός, ὅσον πρόπαν ἦμαρ ἔδοι τανυσίπτερος ὄρνις.
τὸν μὲν ἄρ' Ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱὸς
Ἡρακλέης ἔκτεινε, κακὴν δ' ἀπὸ νοῦσον ἄλαλκεν
Ἰαπετιονίδῃ, καὶ ἐλύσατο δυςφροσυνάων,

V. 521. *δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι*] Mirum est quod hic legit Draco Strat. 12, 1. et Choerob. ap. Bekk. Anecd. p. 1182. Ille enim: *σπανίως εὑρήσεις τὸ α βραχὺ ἔθει δωρικῷ ἑπομένου φωνήεντος, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ· δῆσας ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον.* Et sic p. 64. 8. Gregor. Cor. Schaef. p. 340. Qui huic lectioni *δῆσας* nostram *δῆσε* propter nexum verborum praefert, videat, ne iniuriam faciat et Hesiodo et grammaticis antiquis. Videtur enim aut excidisse aliquid ante v. 521. aut v. 520. scriptum fuisse *ταύτην γάρ σφισι μοῖραν ἐδάσσατο μητίετα Ζεὺς, δῆσας ἀλυκτοπέδῃσι.* Cum Buttm. Gr. ub. II. p. 398. non consentio, quod, nisi *σφισί* scripseris, tetra Promethei sors Atlantis tantum mitiori opponitur, quum etiam Menoetii aliquanto mitior esset.

V. 525. *ἔδοι*] Taur. A. *ἔδει.*

V. 526 — 616. Hos versus omnes non esse antiquissimi carminis Thiersch. de Hes. p. 24. arbitratur.

tant in regione Ligurina, unde etiam cycni Apollinares in Ligyam transferuntur. Cf. annotata ad Scut. 316. Müller. Dor. I. p. 274. Praeterea post *λιγυφώνων* addidi posituram, ne *ἑστηώς* cum *πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων* coniungeretur, quod nihil est nisi amplificatio verborum *πείρασιν ἐν γαίης.*

V. 528. *Ἰαπετιονίδῃ*] Animadverte duplex patronymicum, ab *Ἰαπετός* fit *Ἰαπετίων* sicut ab *Οὐρανός Οὐρανίων*, a *Κρόνος Κρονίων*; hinc *Ἰαπετιονίδης.* V. Buttm. Gr. ub. II. p. 333. Simile est *Ἡφαιστηϊάδης* ap. Nonn. Dion. XIII, 176. ab *Ἡφαιστήϊος* effictum, ut videtur. Nam sic *Θηστόρειος μάντις* ap. Sophocl. Ai. 788. Contrariam formam animadverte in *Ἠετίδης* ab *Ἠετίων* in oraculo ap. Herod. V, 92., cui similis est Scipiades pro Scipionides ap. Horat. Sat. II, 117. et Virg.

V. 530. *Θηβαγενέος*] De hoc vocabulo v. Lobeck. Phryn. p. 648. et Buttm. Gr. ub. II. p. 351. Müller. Orchom. p. 397. Putarem ab epico poëta profectum esse *Θηβηγενέος*, ut *Λυκηγενέος, μοιρηγενέος* al., nisi multa in Hesiodo essent peculiaria, petita ex Aeolica et Pelasgica dialecto. Atque illi quum proprium fuerit dativos sine iota subscripto proferre (v. Bekkeri Anecd. p. 1187.), ut fere ablativis Latinis usa esse videatur, ad hoc genus etiam *Θηβαγενής* pertinere putaverim. Nam quod nuper arbitrabar (ad Aristot. Pol. p. 363.) esse etiam *Θηβαιγενής* ad normam compositionum diphthongicarum effictum, nunc non placet. Sic Romani L. Scipionem Asiaticum dixere Asiagenem vel Asiagenum, v. Eckhel doctr.

οὐκ ἀέκητι Ζηνὸς Ὀλυμπίου ὑψιμέδοντος,
ὄφρ' Ἡρακλῆος Θηβαγενέος κλέος εἴη
πλεῖον ἔτ' ἢ τοπάροιθεν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν.
ταῦτ' ἄρα ἀζόμενος τίμα ἀριδείκετον υἱόν·
καίπερ χωόμενος παύθη χόλου· ὃν πρὶν ἔχεσκεν,
οὕνεκ' ἐρίζετο βουλὰς ὑπερμενέϊ Κρονίωνι.
καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι
Μηκώνῃ, τότ' ἔπειτα μέγαν βοῦν πρόφρονι θυμῷ

V. 532. ταῦτ' ἄρα ἀζόμενος] Taur. ταῦτ' ἄρ ἀζόμενος. A. ταῦτ' ἄρ' ἀζ. Gaisf. ταῦτ' ἄρ' ἀζόμενος claudicante metro. Robinsonus male ex uno codice ταῦτ' ἄρα ἀζόμενος παύσθη χόλου ὃν πρὶν ἐπεῖχεν. Quum hiatum non excusare videretur Hom. hymn. Cer. 76. μέγα ἅζομαι, Vossius, ex parte immutata Graevii coniectura ταῦτ' ἄρα φραζόμενος, legi iusserat ταῦτα φραζόμενος. Vide ne scriptum sit: ταῦτ' ἄρ φραζόμενος τιμᾶν ἀριδείκετον υἱὸν, καίπερ χωόμενος, παύθη χόλου. Ita etiam legendum est Hom. hymn. Merc. 294. σὺν δ' ἄρ φρασσάμενος. Sic melius adnectitur παύθη, quod, si legatur τίμα, sine ulla copula additur. Nam recte pro καί περ L. Dind. c. A. scripsit καίπερ. Nunquam enim praemittitur enclitica περ participio suo, quod arbitrabatur Heynius, nisi adverbium praegressum sit, magis definiens participium. Sensus ergo hic est: his igitur honorare cupiens filium suum, iram quanquam magnam compressit suam.

V. 533. ὃν πρίν] Ven. ὅνπερ. Pro βουλὰς v. sq. A. βουλά.

num. II, 5. p. 188. Ἰθαγενής simili modo ex ἰθεαγενής (ἰθέα pro ἰθεῖα, sc. γενεά) contractum esse videtur ad analogiam Θεαγένους nominis effictum. Θηβαγενής legitur in titulo apud Boeckh. Inscr. I. p. 264. λιμναγενής habet Hesychius et Ἐθαγενής Bachm. Anecd. I. p. 207.

V. 534. βουλάς] Vereor, ne βοῦλας pronuntiaverit Hesiodus ad mentem Aeolicae dialecti, v. Koen. ad Greg. Cor. de dial. p. 191. Schaef. Nam si brevis est ultima primae declinationis, non licet accentu notari. Analogiam praebet μία μιᾶς, ἄγυιᾶ et ἀγυιά.

V. 535. ὅτ' ἐκρίνοντο] Cfr. annot. ad Oper. 47 — 52. Haec fabula Peloponnesi, ut videtur, propria est, pertinetque ad ea tempora, quibus Olympiorum deorum cultus ad Peloponnesi incolas pervenit. Hinc dicitur ὅτ' ἐκρίνοντο Θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι i. e. contenderunt inter se dii et homines; perlatus est enim ad Peloponnesios cultus Olympicus, sed hi primo dubitabant eum recipere, atque postea demum cultus secundum certas regulas receptus est. Atque hoc factum est Meconae (Sicyone) propterea, quod ibi primi incolebant Peloponnesi homines. Paus. Cor. 5. 5. Σικυώνιοι δὲ περὶ τῆς χώρας τῆς σφετέρας λέγουσιν, ὡς Αἰγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο. Huc etiam pertinet, quod Sicyon olim appellabatur Hellas (v. Müller Aeg. p. 156. de Ἑλλάδι ἱερᾷ cf. animadvers. ad Oper. 655.) et Telchinia. Steph. Byz. Σικυὼν πόλις Πελοποννήσου. Ἡ δ' αὐτὴ ἐκλήθη καὶ Μήκων (l. Μηκώνη coll. Strabon. VIII. p. 382. a Clerico laudato; ineptis-

δασσάμενος προὔθηκε, Διὸς νόον ἐξαπαφίσκων.
τῷ μὲν γὰρ σάρκας τε καὶ ἔγκατα πίονι δημῷ
ἐν ῥινῷ κατέθηκε, καλύψας γαστρὶ βοείῃ,
τῷ δ' αὖτ' ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ
εὐθετίσας κατέθηκε, καλύψας ἀργέτι δημῷ.
δὴ τότε μιν προσέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
'Ιαπετιονίδη, πάντων ἀριδείκετ' ἀνάκτων,
ὦ πέπον, ὡς ἑτεροζήλως διεδάσσαο μοίρας.
῞Ως φάτο κερτομέων Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.
τὸν δ' αὖτε προσέειπε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης,
ἦκ' ἐπιμειδήσας, δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης·
Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν αἰειγενετάων,
τῶνδ' ἕλευ ὁπποτέρην σε ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἀνώγει.
Φῆ ῥα δολοφρονέων· Ζεὺς δ' ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς
γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνοίησε δόλον· κακὰ δ' ὄσσετο θυμῷ

V. 537. *Διὸς — ἐξαπαφίσκων*] Taur. A. It. *Ζηνὸς — ἐξαπατίσκων*. *Ζηνός* etiam P 2. Em. Bar.

V. 544. *μοίρας*] Taur. A. It. *μοῖραν*. Pro *Ζεῦ* v. 548 A. *Ζεύς*.

V. 549. *ἕλευ*] Melius scribatur *ἑλεῦ*. Cf. doctr. accent. gr. p. 23. Apud Theocr. Id. X, 22. est *ἀμβάλευ*.

V. 553. *ἄλειφα*] Sic scripsi cum Ven. Med. Tr. pro *ἄλειφαρ*. Nam illa est antiquior forma atque rarior (v. Aesch. Agam. 313. Well.), qua ad imitationem antiquorum poëtarum usi sunt epici Alexandrini. Callim. ap. Etym. v. *ὄστλιγγες* (fragm. XII.), ubi pro *ἀλείφατα* dictum esse non persuadet Ruhnkenius ad

simus Hesiodi Scholiasta cum Mycenis confudit) *καὶ Τελχινία*. De Telchinibus ita Diodor. V, 55. *ἀγάλματά τε θεῶν πρῶτοι κατασκευάσαι λέγονται*. Prometheus igitur secundum hanc fabulam Peloponnesiacam is fuit, qui Peloponnesi incolas deorum Olympicorum cultum et sacrificia doceret ita, ut antiquos deos indigenas vel desererent vel novis adiungerent. Atque hoc sese fecisse Prometheus gloriatur etiam ap. Aeschyl. Prom. 207 sq. et 502 sq. Blomf. De Mecone cf. praeterea Schol. Pind. Nem. IX, 123. *οἰκείως δὲ ἱερὰν τὴν Σικυῶνα προσηγόρευσεν· ἡ γὰρ Μηκώνη ἐπ' αὐτῆς ἐστιν, ἐφ' ἧς οἱ θεοὶ διεδάσαντο τὰς τιμάς· Ἡσίοδος· καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι Μηκώνῃ, καὶ Καλλίμαχος* (fragm. CXCV.) *Μηκώνην μακάρων ἕδρανον αὖτις ἰδεῖν*. Adde Schol. Ven. Il. XV, 18. Schol. Aesch. Prom. 1022. et quae allegata sunt a Vossio epp. myth. II. p. 305. — Thierschius (de epochis etc. II. p. 26.) Sicyone fuisse rempublicam sacerdotum cur putet, ne-

θνητοῖς ἀνθρώποισι, τὰ καὶ τελέεσθαι ἔμελλε.
χερσὶ δ' ὅγ' ἀμφοτέρῃσιν ἀνείλετο λευκὸν ἄλειφα.
χώσατο δὲ φρένας, ἀμφὶ χόλος δέ μιν ἵκετο θυμόν,
ὡς ἴδεν ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ.
ἐκ τοῦ δ' ἀθανάτοισιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
καίουσ' ὀστέα λευκὰ θυηέντων ἐπὶ βωμῶν.
τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς,
ὦ πέπον, οὐκ ἄρα πω δολίης ἐπιλήθεο τέχνης.
Ὣς φάτο χωόμενος Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς·
ἐκ τούτου δὴ ἔπειτα, δόλου μεμνημένος αἰεί,
οὐκ ἐδίδου μελέοισι πυρὸς μένος ἀκαμάτοιο
θνητοῖς ἀνθρώποις, οἳ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν.
ἀλλά μιν ἐξαπάτησεν ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο,
κλέψας ἀκαμάτοιο πυρὸς τηλέσκοπον αὐγὴν
ἐν κοίλῳ νάρθηκι· δάκεν δ' ἄρα νειόθι θυμὸν

hymn. in Cer. 12., et Nonn. Dion. XIV, 175. καὶ μάγον ἀφρὸν ἄλειφα περιχρίσασα προσώπου. Pro λευκὸν ἄλειφα Vat. marg. ἀργέτα δημόν ex alia recensione, ut videtur.

V. 554. θυμόν] Taur. Em. Bar. A. θυμῷ. — P2. vulgato melius ἀμφὶ δέ μιν χόλος. Pro βωμῶν v. 557. A. βομμῷ.

V. 560. ἐπιλήθεο] Taur. ἐπιλήθεαι. Em. ἐπιλάθετο. P2. ἐπελήθει.

V. 562 — 564. Spurios hos versus habuit Brunckius.

V. 563. μελέοισι] P2. μελίοισι. Ven. Tr. Taur., Bar., RS., It., A., μελίησι.

scio. Neque Welckeri sententiam (Tril. Aesch. p. 190.) satis perspicere me fateor. Ceterum hanc fabulam cum Latina comparabis ap. Arnob. V, 1. et de Iano simili dispertitore v. Heind. ad Hor. S. II, 6, 22.

V. 538 — 541. 557. 558. De hoc sacrificiorum genere cf. doctam Vossii disputationem epp. myth. II. p. 302 sq. et Heynium cbserv. ad Il. XV, 189.

V. 538. τῷ μέν] hic, τῷ δέ v. 540. illic. v. 545. V. hymn. hom. Ven. 43.

V. 539. γαστρὶ βοείῃ] Haec enim non magni habebatur ab antiquis Graecis; dabatur mendicis; v. Odyss. XVIII, 44.

V. 551. γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνοίησε δόλον] Cfr. v. 157. Oper. 635. Sic hymn. hom. Merc. 243. Il. X, 113. νῆες ἑκαστάτω οὐδὲ μάλ' ἐγγύς. Odyss. XXII, 473. μίνυνθά περ οὔτι μάλα δήν. Sophocl. Oed. T. 58. γνῶτα κ' οὐκ ἄγνωτά μοι. Reisig C. cr. ad Oed. Col. p. 165. Eur. Or. 613. ἑκοῦσαν οὐκ ἀκοῦσαν ἐπισείσω πόλιν.

Ζῆν' ὑψιβρεμέτην, ἐχόλωσε δέ μιν φίλον ἦτορ,
ὡς ἴδεν ἀνθρώποισι πυρὸς τηλέσκοπον αὐγήν.
αὐτίκα δ' ἀντὶ πυρὸς τεῦξεν κακὸν ἀνθρώποισι.
γαίης γὰρ σύμπλασσε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις
παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον Κρονίδεω διὰ βουλάς.
ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ἀργυφέῃ ἐσθῆτι· κατακρῆθεν δὲ καλύπτρην,
δαιδαλέην χείρεσσι, κατέσχεθε, θαῦμα ἰδέσθαι·
ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνους, νεοθηλέας ἄνθεσι ποίης,
ἱμερτούς, παρέθηκε καρήατι Παλλὰς Ἀθήνη·
ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην χρυσέην κεφαλῆφιν ἔθηκε,
τὴν αὐτὸς ποίησε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
ἀσκήσας παλάμῃσι, χαριζόμενος Διὶ πατρί.
τῇ δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο, θαῦμα ἰδέσθαι,

V. 568. Hic versus male me habet, videtur adiectus esse a librario quodam, cui abesse videbatur accusativus personae, si legeretur *δάκεν δ' ἄρα νειόθι θυμόν*. Sed quod cod. Emm. praebet *δάκεν δέ ἑ* et Med. voluisse videtur, qui habet *δάκεν δέ οἱ*, si in textum admittatur, libenter carebimus versu *Ζῆν' ὑψιβρεμέτην, ἐχόλωσε δέ μιν φίλον ἦτορ*.

V. 574. *ἀργυφέϊ* et *κατὰ κρῆθεν* A.

V. 576. *νεοθηλέας*] Ven. Tr. *νεοθηλέης*. H. Steph. et Wolf. *νεοθηλέος*: sed ita inconcinne additus est *ἄνθεσι* dativus.

V. 578. *δέ* abest ab A.

V. 583. *τῶν*] Taur. *τῷ*. Antea *κνώδαλα ὅσσ'* sine *πολλά* A.

V. 584. *θαυμάσια*] Sic Ven. Taur., *θαυμασία* Tr. Ceteri *θαυμασίῃ*. Nostrum multo concinnius. Post h. v. inserendos esse

V. 569. *ἀνθρώποισι*] Hoc casce dictum pro *ἐν ἀνθρ.* v. Hom. Od. XV, 227.

V. 575. *δαιδαλέην χείρεσσι*] *Δαιδαλέην* hic habet passivam notionem.

V. 576. 577. Uncis circumscripserunt Wolf. Gaisf. Dind. Sed poëta Pandoram ut sponsam descripturus addidit quaedam, quae nobis quidem nimia videri possint, non absunt tamen a moribus institutisque antiquitatis. Sic hymn. Ven. hom. VI. v. 7. narratur *κρατὶ δ' ἐπ' ἀθανάτῳ στεφάνην εὔτυκτον ἔθηκαν* et v. 18. eadem Venus dicitur *ἰοστέφανος*. Quod Minerva alteram coronam Pandorae imponit, Vulcanus alteram, id ex Attico mytho facile explicatur, in quo Minerva cum Vulcano coniungitur. v. Creuzeri Symb. II. p. 660. *παρέθηκε* i. e. *παρὰ τὴν καλύπτρην ἔθηκε*. *Καλύπτρη* est velum, *στέφανοι* coronae, *στεφάνη* diadema. Verba v. 584. *ζωοῖσιν ἐοικότα φωνήεσσιν* cum fabula Simonidea comparantur a Welcker. Tril. Aesch. p. 76.

V. 585. *τεῦξε*] Nempe Iuppiter. Cfr. v. 570., quod moneo propter Twestenium (de Hesiod. Opp. et D. p. 46.), quem sensus verborum *τεῦξε καλὸν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο* prorsus

κνώδαλ', ὅσ' ἤπειρος πολλὰ τρέφει ἠδὲ θάλασσα.
τῶν ὅγε πόλλ' ἐνέθηκε, (χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή,)
θαυμάσια, ζωοῖσιν ἐοικότα φωνήεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε καλὸν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο,
ἐξάγαγ' ἔνθαπερ ἄλλοι ἔσαν θεοὶ ἠδ' ἄνθρωποι
κόσμῳ ἀγαλλομένην γλαυκώπιδος ὀμβριμοπάτρης.
θαῦμα δ' ἔχ' ἀθανάτους τε θεοὺς θνητούς τ' ἀνθρώπους,
ὡς εἶδον δόλον αἰπύν, ἀμήχανον ἀνθρώποισιν.
Ἐκ τῆς γὰρ γένος ἐστὶ γυναικῶν θηλυτεράων.
τῆς γὰρ ὀλώϊόν ἐστι γένος καὶ φῦλα γυναικῶν,
πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσιν,
οὐλομένης πενίης οὐ σύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο.
ὡς δ' ὁπότ' ἐν σίμβλοισι κατηρεφέεσσι μέλισσαι

versus 77 — 82 ex Opp. et Dieb. arbitrabatur Twesten. comm. crit. de Hes. p. 46.

V. 585. ἐπειδὴ τεῦξε καλόν] Herm. ad Orph. p. 817. αὐτὰρ ἐπεὶ τεῦξεν, quod recepissem, si certam Opp. 63, corrigendi invenirem viam. Cf. quae ibi diximus.

V. 587. ὀμβριμοπάτρης] Sic plerique codd. (Ven. Vat. Taur. Em. Tr.) et optimi. Ceteri ὀβρ.

V. 591. Haec vulgo ita interpunguntur: τῆς γὰρ ὀλώϊόν ἐστι γένος· καὶ φῦλα γυναικῶν πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσιν. Pro μετ' Taur. κετ' (sic).

V. 593. οὐ σύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο] Ita Stobaeus, Taur. Vat., sed Bar. A. ἀσύμφοροι, It. 1. Emm. ἀσύμφορα, Ven. Tr. Wolf. οὐ σύμφορα. Pro ἀλλὰ κόροιο Vat. P2. ἀκόρεστοι.

fugisse videtur. Sensus est Ζεὺς καλὸν κακὸν (Pandoram) ἀνθρώποις τεῦξεν ἀντ' ἀγαθοῦ (ignem dicit).

V. 590 — 612. Haec uncis inclusit Wolf., Heynii iudicium secutus. Agnoscuntur tamen, quod idem Wolfius monuit, a Pausan. Att. 24., nec facile concedam a misellis versificatoribus procusos esse versus 590 — 593: contra mihi videntur haud indigni esse antiquissimo poëta, cuius ira emphaticam fecit repetitionem, ut utramque, τῆς et ὀλώϊον, cum vi quadam pronuntiandum sit. Cf. animadvers. ad v. 408.

Mens poëtae, cui πῆμα erat appositionis loco, haec est: ex ea progenitum est genus mulierum, quae magno malo sunt viris una cum eis habitantibus. μεταναιετάουσι enim non est verbum finitum, sed dativus participii ad ἀνδράσι pertinens.

V. 593. πενίης οὐ σύμφοροι] Theognid. 526. ἡ πενίη δὲ κακῷ σύμφορος ἀνδρὶ φέρειν. Porro de κόρῳ cf. eundem Theognid. 153. τίκτει τοι κόρος ὕβριν. Quod dixit γένος καὶ φῦλα γυναικῶν est pro γυναῖκες, quare post per appositionem addidit οὐ σύμφοροι.

οὓς τέκεν ἠΰκομος Ῥεῖα Κρόνου ἐν φιλότητι,
Γαίης φραδμοσύνῃσιν ἀνήγαγον ἐς φάος αὖτις·
αὐτὴ γάρ σφιν ἅπαντα διηνεκέως κατέλεξε,
σὺν κείνοις νίκην τε καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι.
δηρὸν γὰρ μάρναντο, πόνον θυμαλγέ' ἔχοντες,
Τιτῆνές τε θεοὶ καὶ ὅσοι Κρόνου ἐξεγένοντο,
ἀντίον ἀλλήλοισι διὰ κρατερὰς ὑσμίνας·
οἱ μὲν ἀφ' ὑψηλῆς Ὄθρυος Τιτῆνες ἀγαυοί,
οἱ δ' ἄρ' ἀπ' Οὐλύμποιο θεοί, δωτῆρες ἐάων,
οὓς τέκεν ἠΰκομος Ῥεῖα Κρόνῳ εὐνηθεῖσα·
οἵ ῥα τότ' ἀλλήλοισι μάχην θυμαλγέ' ἔχοντες
συνεχέως ἐμάχοντο δέκα πλείους ἐνιαυτούς.
οὐδέ τις ἦν ἔριδος χαλεπῆς λύσις οὐδὲ τελευτὴ
οὐδετέροις, ἶσον δὲ τέλος τέτατο πτολέμοιο.
ἀλλ' ὅτε δὴ κείνοισι παρέσχεθεν ἄρμενα πάντα,
νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσι,
πάντων ἐν στήθεσσιν ἀέξετο θυμὸς ἀγήνωρ.

V. 625. *Ῥεῖα*] Sic scripsi pro *Ῥείη*, ut v. 634. Cf. annot. ad v. 135.

V. 626. *Γαίης φραδμοσύνῃσιν ἀνήγαγον*] Taur. *Γαίης τε ἀνήγαγον.*

V. 627. *σφιν*] Vat. *μιν.*

V. 632. *Ὄθρυος*] Sic recte Boisson. Vulgo *Ὀθρύος.*

V. 636. *πλείους*] Taur. *πλείονας.* Antea pro *συνεχέως* P2. *συνεχέες.*

V. 637. *χαλεπῆς*] Taur. *χαλεπή.* In A deest *ἦν.*

V. 639. *ἄρμενα*] Taur. *ἄρματα*, Vat. *εὔματα* (sic).

V. 628. *ἀρέσθαι*] Hic aoristus a *κατέλεξε* pendens ad id loquendi genus pertinet, de quo videndus est Schaefer ad Theocr. Id. XXVII, 60. *φῄς δόμεν, ὄμνυμι ἐπιμένειν.* V. annot. ad Aristot. Oec. p. 113. Sic etiam Aristoph. Nubb. 1144. *καὶ δικάσασθαί φασί μοι.* Accedit quod hic fere oraculi verba agnoscimus, a quibus non abhorret haec certo loquendi ratio.

V. 632. *Ὄθρυος*] Cf. Herod. VII, 129. De Attica correptione v. Herm. ad Orph. p. 756., nisi synizesis esse videtur, cuius exempla similia Hermannus habet Elem. doctr. metr. p. 53.

V. 638. Recte Wolf. Hom. Il. XV, 410 sq. et XII, 433. conferri iussit.

V. 639. *παρέσχεθεν*] Wolf. et Gaisf. Iovem intelligi iubent, non satis bene, si recte iudico; mihi potius *παρέσχεθεν* aoristus passivi esse videtur pro *παρεσχέθησαν* (v. ad v. 183.) cum nominativo *ἄρμενα πάντα* coniungendus. Hoc si statuis v. 640. scribe *νέκταρ τ' ἀμβροσίη τε.* Aut scribendum erit *ἀλλ' ὅτε δὴ — πάντα, ὡς νέκταρ τ' ἐπάσαντο — ἐρατεινὴν νέκταρ τ'.*

ὡς νέκταρ δ' ἐπάσαντο καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινήν,
δὴ τότε τοῖς μετέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Κέκλυτέ μευ, Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἀγλαὰ τέκνα,
ὄφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.
ἤδη γὰρ μάλα δηρὸν ἐναντίοι ἀλλήλοισι
νίκης καὶ κράτεος πέρι μαρνάμεθ' ἤματα πάντα
Τιτῆνές τε θεοὶ καὶ ὅσοι Κρόνου ἐκγενόμεσθα.
ὑμεῖς δὲ μεγάλην τε βίην καὶ χεῖρας ἀάπτους
φαίνετε Τιτήνεσσιν ἐναντίοι ἐν δαΐ λυγρῇ,
μνησάμενοι φιλότητος ἐνηέος, ὅσσα παθόντες
ἐς φάος ἂψ ἀφίκεσθε, δυςηλεγέος ἀπὸ δεσμοῦ,
ἡμετέρας διὰ βουλὰς ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος.
Ὣς φάτο· τὸν δ' ἐξαῦτις ἀμείβετο Κόττος ἀμύμων·
δαιμόνι', οὐκ ἀδάητα πιφάσκεαι· ἀλλὰ καί αὐτοὶ
ἴδμεν, ὅτι περὶ μὲν πραπίδες, περὶ δ' ἐστὶ νόημα,
ἀλκτὴρ δ' ἀθανάτοισιν ἀρῆς γένεο κρυεροῖο.

V. 648. ἐκγενόμεσθα] Tr. Ven. Vat. RS. Taur. ἐξεγένοντο.

V. 649. δέ] Ven. δή.

V. 650. λυγρῇ] Taur. λυγρᾷ. Pro ἐναντίοι Ven. Tr. Steph. m. ἐναντίον. V. sq. pro ἀπὸ A. ὑπὸ.

V. 653. Hunc versum e duabus glossis conflatum esse arbitrabatur Wolfius. Sed apertum est δυςηλεγέος ἀπὸ δεσμοῦ dirimenda esse positura ab ἐς φάος ἂψ ἀφίκεσθε, quae cohaerent cum ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος. Cf. v. 658. 659. 669. ὑπὸ χθονὸς ἧκε φόωςδε.

V. 655. πιφάσκεαι] P2. πιφαύσκεο.

ἀμβρ. — ἴδουσι δὴ τότε — θεῶν τε, eiecto versu 643.

V. 646. Quod hic dicitur μάλα δηρόν supra v. 636. erat δέκα πλείους ἐνιαυτούς, et quod hic ἤματα πάντα, supra erat συνεχέως.

V. 653. βουλάς] V. ad v. 534.

V. 656. Constructio est: ἴδμεν, ὅτι αἱ σαὶ πραπίδες καὶ τὸ σὸν νόημα περίεστι. Wolf. scripsit ἐσσί; sed recte monuit cum Heynio Gaisford. ita scribendum fore πραπίδας. Quanquam quid impedit, quominus πέρι μὲν πραπίδες cum Wolfio scribamus i. e. περίεισι πραπίδες? Certe non opus est emendatione Guieti: περὶ σοὶ πραπίδες.

V. 657. ἀρῆς κρυεροῖο] Dorvill. Vann. crit. p. 390. Ἄρευς vel Ἄρεος scribi voluit. Prius est monstrum scripturae; sed nulla omnino opus emendatione erat. V. Hom. Il. XVIII, 100. ἔφθιτ' ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. Cf. animadvers. ad Scut. 29. Quod Dorvillium movisse videtur, ut emendationem eam necessariam esse putaret, masculinum κρυεροῖο, non ita grave est, ut a recepta lectione recedere nos cogat, v. Naekium. Choeril.

ἄψοῤῥον δ' ἐξαῦτις, ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν,
σῇσιν ἐπιφροσύνῃσιν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
ἠλύθομεν, Κρόνου υἱὲ ἄναξ, ἀνάελπτα παθόντες.
τῷ καὶ νῦν ἀτενεῖ τε νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ
ῥυσόμεθα κράτος ὑμὸν ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
μαρνάμενοι Τιτῆσιν ἀνὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
Ὣς φάτ'· ἐπήνησαν δὲ θεοί, δωτῆρες ἐάων,
μῦθον ἀκούσαντες· πολέμου δ' ἐλιλαίετο θυμὸς
μᾶλλον ἔτ' ἢ τοπάροιθε· μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειραν
πάντες, θήλειαί τε καὶ ἄρσενες, ἤματι κείνῳ,
Τιτῆνές τε θεοὶ καὶ ὅσοι Κρόνου ἐξεγένοντο,
οὕς τε Ζεὺς Ἐρέβεσφιν ὑπὸ χθονὸς ἧκε φόωσδε,
δεινοί τε κρατεροί τε, βίην ὑπέροπλον ἔχοντες.
τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο

V. 658. ἀπό] P2. Em. Bar. A. It. ὑπό, quod praeferebat Vossius hymn. Cer. 338.

V. 658. 659. Secutus sum cod. Emm., qui hos versus ita habet, ut prior sit ille ἄψοῤῥον etc., posterior σῇσιν quod secus est in ceteris codd.; σῇσιν ἐπιφροσύνῃσιν recepi ex Em., Steph. m., quod Attica correptio in ὑποφραδμοσύνῃσιν ferri non potest apud antiquum epicum poëtam. A. σῇσι δ' ἐπιφρ. ὑπό. Vulgo σῇς δ' ἐπιφρ. ὑπὸ etc. Voss. ad. hymn. Cer. 301. ἐπιφροσύνῃσι ὑπό.

V. 660. ἠλύθομεν] Ven. Tr. Steph. m. ἠλύθομεν Κρόνου υἱὲ Ζεῦ. ἠλύθομεν etiam Bar., A., Taur. Editores recentiores ἠλύθαμεν.

V. 666. ἔγειραν] P2. ἔγειρον.

V. 186. βάζοντες ἔπεσσι] G. c. al. βάζοντ' ἐπέεσσι. MS. inc. βάζοντας.
V. 187. οὐδὲ θεῶν] Sic Ven. al.; Med. 5. Vat. al. οὔτε θ'. Porro Tr. οὐδὲ μέν.

perdita est haec aetas, nescias quid sit futurum illud μεμίξεται: potius sic intelligas: magna fiet confusio, summa imis miscebuntur, mala bonis. De futuro exacto futuri simplicis loco posito conf. Rost. Gr. §. 116. annot. 8.

V. 181. πολιοκρόταφοι] Ubi eo pravitatis venerint omnibus exhausti viribus, ut vel nascantur cani, tum Iuppiter abolebit et hoc genus hominum. Canis capillis nasci est summae debilitatis; v. quae monuimus ad Theog. 280.

V. 184. φίλος ἔσσεται] sc. κασιγνήτῳ.

V. 189. χειροδίκαι] Notatur χειρὸς νόμος, ut ap. Aristot. Pol. III, 9., ἐν χειρὸς νόμῳ Heraclid. Pont. de Pariis, Dionys. Hal. VI, 26. VII, 85. Wesseling. ad Herod. VIII, 89.

V. 191. κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν ἀνέρα] Spohnius ita: ὕβριν substantivum loco adiectivi; et sic alii interpretantur post Scaligerum, ut Matth. Gr. §. 429. Bernhardy Synt. p. 50., contra morem Graecorum; prorsus alius rationis est ὦ φιλότης pro ὦ φίλε, quod erit fortasse qui comparet; nam nunquam Graeci dixerunt φιλότης ἀνήρ: contra vero ὕβριν accusativus regitur a ῥεκτῆρα, ἀνὴρ ὑβριστικὰ ποιῶν, v. Herm. ad Vig. p. 895. Sic etiam dativus substantivis adhaeret, docente Schaefero ad Porson. ed. Eur. Phoen. 948. Quod praegressum est κακῶν ῥεκτῆρα non magis dignum notatione est, quam quod Herod.

ἀνέρα τιμήσουσι· δίκη δ' ἐν χερσί, καὶ αἰδὼς
οὐκ ἔσται· βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα
μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων, ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται.
ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν
δυςκέλαδος, κακόχαρτος ὁμαρτήσει, στυγερώπης.
καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις· τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ
θνητοῖς ἀνθρώποισι· κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή.

[Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσιν ἐρέω φρονέουσι καὶ αὐτοῖς.]
ὧδ' ἴρηξ προςέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον,

V. 193. *βλάψει δὲ κακός* Bentl.
V. 196. *στυγερῶπις* al.
V. 198. *λευκοῖσιν*] Med. 5. al. *λευκοῖσι.*
V. 199. *ἴτον*] Sic Bentl. cum Ven. G. A. It. al. Sed Med. 5. Vat. al. *ἴτην.*
V. 202. *βασιλεῦσιν*] Vulgo *βασιλεῦσ'*. Correxit Thiersch. Act. Mon. III, p. 404. Porro pro *φρονέουσι* unus Med. *νοέουσι.*
V. 203. *ποικιλόδειρον*] Ruhnk. Br. *ποικιλόγηρυν.*
V. 207. *λέληκας*] *λέλακας* G. A. al.
V. 208. Mitscherl. *τῇδ' — ἄγω· καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν δεῖπνόν σ', αἴκ' ἐθέλω, ποιήσομαι.*
V. 209. *αἴ κ' ἐθέλω*] P. *αἴκε θέλω.*

VI, 136. ita locutus est *τῆς μάχης τῆς ἐν Μαραθῶνι γενομένης πολλὰ ἐπεμνημένοι καὶ τὴν Λήμνου αἵρεσιν.* Pro *κακῶν ῥεκτῆρες* Antimachus Fr. 37. dixit *ἔρκτορες.*

V. 192. *δίκη δ' ἐν χερσί,*] Sic recte posituram fecit Dind., quum vulgo *δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς οὐκ ἔσται* inepte iungerentur.

V. 198. 199. *καλυψαμένω — προλιπόντε*] Vid. Theog. 826.

V. 199. *ἴτον*] Et hic nota futuram praesentis verbi *εἶμι* significationem, quae necessaria est propter totius loci tenorem. Non enim reliquerunt homines Nemesis et Pudor, sed mox relinquent.

V. 202. *αἶνον*] v. Hom. Od. XIV, 459. Ceterum additus hic versus postea videtur. — *φρονέουσι καὶ αὐτοῖς*] Qui bene sciunt quid hac fabula doceri velim. Nempe haec spectant ad litem eius cum fratre a iudicibus (*βασιλεῦσι*) male decisam. Minus recte illud *φρονέουσι καὶ αὐτοῖς* intellexit Twesten. l. l. p. 21.

V. 203. *ἀηδόνα ποικιλόδειρον*] Se ipsum intelligit, utpote vatem cum luscinia com-

ὕψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων ὀνύχεσσι μεμαρπώς·
ἡ δ' ἐλεὸν γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι
μύρετο· τὴν δ' ὅγ' ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε·
Δαιμονίη, τί λέληκας; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων·
τῇ δ' εἶς ᾗ σ' ἂν ἐγώ περ ἄγω, καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν·
δεῖπνον δ', αἴ κ' ἐθέλω, ποιήσομαι, ἠὲ μεθήσω.
[ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
νίκης τε στέρεται πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.]
Ὣς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ, τανυσίπτερος ὄρνις.
ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε·
ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ· οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
ῥηϊδίως φερέμεν δύναται, βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς,
ἐγκύρσας ἄτῃσιν· ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν
κρείσσων ἐς τὰ δίκαια· δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει
ἐς τέλος ἐξελθοῦσα· παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

V. 210. 211. Ut spurios notavit Aristarchus. Cf. Twesten. l. l. p. 22. Non spurios dixerim, sed male huc traiectos, addita post ἄφρων particula δέ. Pertinere videntur ad idem gnomicae poëseos genus, ad quod pertinent versus 25. 26. Br. post versum 212. traiècit.

V. 210. ἐθέλῃ] A. ἐθέλοι.

V. 213. ἄκουε] Spohn. ex Etym. M. p. 43. σὺ δ' ἄϊε, de qua mensurà vehementer dubito; v. Herm. ad Aristoph. Nubb. 646. coll. v. 275 Oper. Vereor, ne Etymologus legerit σὺ δίκης ἄϊε.

V. 214. οὐδὲ μέν] Gerhardius coni. οὐδέ μιν.

V. 216. παρελθεῖν] P. μετελθεῖν. — ἑτέρηφι recte A., male vulgo ἑτέρῃφι.

parandum; ἴρηξι reges. De voce ποικιλόδειρον ita Mitscherl.: „collum lusciniae diverso anni tempore diversum est, modo rubidum colorem subtus admodum intendit, modo remittit.“ Huius explicationis neque Ruhnkenius immemor fuit, cuius tamen ποικιλόγηρυν praeplacet, quum poëta hic se ipsum respiciat, quo sensu admodum otiosum est ποικιλόδειρον.

V. 214. ὕβρις] locupletibus et optimatibus est damnosa, nedum egeno et humili loco nato; de hac significatione vocabulorum δειλός et ἐσθλός quae sanequam antiqua tempora redolet v. Welcker. prolegg. ad Theognid. p. XXIII. Thiersch. Act. Mon. III, p. 405. Iam quae sequuntur ita explicabis: saepius etiam vir bonus (i. e. dives et genere praepollens a quo omnia alia exspectaris) a petulantia se abripi patitur, φέρειν οὐ δύναται (ut dicimus male ferre fortunam), succumbit ei (βαρύθει ὑπ' αὐτῆς: ita bene Mitscherl.), atque inde magnis obnoxius est incommodis damnisque.

V. 216. ἑτέρηφι] Thiersch. Act. Mon. III. p. 406. pro

αὐτίκα γὰρ τρέχει Ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν.
τῆς δὲ Δίκης ῥόθος ἑλκομένης ᾗ κ' ἄνδρες ἄγωσι
δωροφάγοι, σκολιῇς δὲ δίκῃς κρίνωσι θέμιστας.
ἡ δ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν,
ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα,
οἵτε μιν ἐξελάσωσι καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν.
οἳ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσιν
ἰθείας καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου,
τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ·
εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέ ποτ' αὐτοῖς
ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς·
οὐδέ ποτ' ἰθυδίκῃσι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
οὐδ' ἄτη, θαλίῃς δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται.

V. 221. σκολίης δὲ δίκης] Sic codd.; al. σκολιαῖς δὲ δίκαις. Quid Med. 5. Vat. habeant, non monuit Lanz.

V. 222. πόλιν καί] Sic Med. 5., Vat., Ven.; al. πόλιν τε καί.

V. 224. ἐξελάσωσι] Sic Med. 5. al., ἐξελάσουσι al., ἐξελάουσι Ven. G. A. al. Quid Vat. habeat, non monuit Lanz.

V. 230. ἰθυδίκῃσι Med. 5., ἰθυδίκαισι Ven. al.; ἰθυδίκοισι Vat. Pro λιμός A. λοιμός.

V. 233. ἄκρῃ] Pauci ἄκρῃ et postea μέσσῃ.

nominativo habet; sed φι solummodo genitivis et dativis adiungi, nunquam nominativo, accusativo, vocativo, recte monuerunt Matth. Gr. § 87. Buttm. Gr. ub. I, p. 205. ἑτέρηφι est contrario modo.

V. 219. Ὅρκος] Est deus qui punit periuros, v. Theog. 231. Soph. Oed. C. 1767. Elmsl. et quae monuimus ad Theog. 784. Cf. oraculum ap. Herodot. VI, 86. — Cum hoc versu novum carmen ordiri, cuius suppressum initium sit, atque continuare usque ad 246. arbitratur Thiersch. Act. Mon. III, p. 406 sq. Non adstipulor. Haec enim optime cum antecedentibus cohaerent.

V. 220. ῥόθος] sc. ἐστί· ῥόθος non est via, sed reipublicae perversio, tumultus ex rapta obtorto collo iustitia ortus. Nugatur Plutarchus, qui Hesiodum Boeotice hic ῥόθους dixisse τὰς ὀρεινὰς ὁδούς putat.

V. 224. ἰθεῖαν] sc. μοῖραν: noli supplere δίκην.

V. 229. τεκμαίρεται] tanquam portentum exitii bellum parat.

V. 236. οὐδ' ἐπὶ νηῶν νίσσονται] Quos non agit avaritia, ut navigationibus mercesque circumferendo lucrum faciant, quum ager largos fructus suppeditet.

V. 240. Haec ita laudat Aeschin. in Ctesiph. p. 427. Bekk. (p. 73. Reisk.) πολλάκι δὴ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα, | ὅς κεν ἀλιτραίνῃ καὶ

τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὔρεσι δὲ δρῦς
ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας·
εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασι·
τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν·
θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδ' ἐπὶ νηῶν
νίσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ καὶ σχέτλια ἔργα,
τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.
πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα,
ὅςτις ἀλιτραίνῃ καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.
τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων,
λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.
οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν· μινύθουσι δὲ οἶκοι,

V. 234. εἰροπόκοι] Scr. εἰρόποκοι.

V. 237. νίσσονται] Sic Proculus, Vat. al. v. Schaef. ad Theocr. Id. VII, 25. νήσονται Med. 5. Plures c. Ven. A. νείσσονται, quod rec. Dind.

V. 240. ἀπηύρα] Sic Med. 5., Vat. al. Al. codd. c. Ven., G., A. ἐπαυρεῖ.

V. 241. ἀλιτραίνῃ] Aeschin. ὅς κεν ἀλιτραίνῃ. Vulgo ἀλιτραίνει.

V. 242. ἐπήγαγε] Br. e Plat. ἐπήλασε.

ἀτάσθαλα μητιάαται. | τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγα πῆμα δῶκε Κρονίων, | λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν, ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί· | ἢ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἢ ὅγε τεῖχος | ἢ νῆας ἐνὶ πόντῳ τίνυται εὐρύοπα Ζεύς. | Atque hic Aeschinem omisisse v. 244. 245. non mirum est; ridiculum enim fuisset pro sua sententia versus illos addere. Coniunctivus ἀλιτραίνῃ unice verus est, etiam propter μηχανάαται quod non est indicativi modi, sed subiunctivi; indicativus erat μηχανάαται brevi penultima, quod metrum non ferebat. V. Schol. Venet. ad Hom. Il. VI, 268. Ἀρίσταρχος τὸ δεύτερον ἄλφα (in verbo εὐχετάασθαι) συστέλλει καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης, ἄλλοι δὲ ἐκτείνουσιν, οὐχ ὑγιῶς κ. τ. ε. Recte hoc docuisse Aristarchum demonstravi in libello de accent. gr. §. 17. Tales enim epicae dialecti formae ita effictae sunt, ut copulativa vocalis, quae vulgo est in indicativo ε, in coniunctivo η, sequeretur naturam primigeniae vocalis verbi, quae est α in hoc contractorum verborum genere. Huius vero ut diversa sit mensura in indicativo atque coniunctivo, poscit modorum ratio; hinc μηχανάαται pro μηχανάεται est indicativus, μηχανάαται pro μηχανάηται subiunctivus. Debebat igitur hoc subiunctivi exemplum excipere Buttmannus, quum diceret epicas eiusmodi formas in αaται non reperiri apud antiquos poëtas (Lexil. I, p. 9. et p. 300.). Cf. animadvers. ad Scutum 101. — ἀπηύρα] v. Blomfield. ad Aesch. Pers. 942.

Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου· ἄλλοτε δ' αὖτε
ἢ τῶνγε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἢ ὅγε τεῖχος,
ἢ νέας ἐν πόντῳ Κρονίδης ἀποτίνυται αὐτῶν.
Ὦ βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
τήνδε δίκην· ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
ἀθάνατοι φράζονται ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
ἀλλήλους τρίβουσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.
ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι

V. 246. τῶν γε] G. τῶν τε. — ὅγε] τόγε Guiet. Graev.
V. 248. Viteb. ὑμεῖς δὲ βασιλεῖς καταφράζεσθε καὶ αὐτοί, unde Herm. ad Hom. hymn. Cer. p. 122. ὑμεῖς δ', ὦ βασιλῆες, ἐπιφράζεσθε καὶ αὐτοί. In uno Med. βῆ δ' ἰέναι μάλα δ' ὦκα γλαυκῶπις Ἀθήνη.
V. 250. φράζονται] Sic Med. 5., Vat., Ven. al. Al. codd. c. A. λεύσουσιν.
V. 252. τρίς] A. τρῖς (sic).
V. 253. Sextus Emp. advers. Math. IX, p. 571. δαίμονες ἀθάνατοι φ. μερόπων ἀ.
V. 257. κυδρή] Sic Med. 5., Vat., Ven. multique alii. Pauci c. A. κυδνή.

V. 248 — 264. Novum carmen esse censet Thiersch. Act. Mon. III, p. 410. Sed haec videntur optime cohaerere cum antecedentibus; a v. 213. ad v. 247. Persen allocutus est poëta, nunc ad iudices se convertit oratio ὑμεῖς δέ, ὦ βασιλεῖς, καὶ αὐτοὶ καταφράζεσθε τήνδε δίκην.

V. 252. τρὶς μύριοι] Sunt pro ingenti numero. Cf. Theog. 364. Ceterum cf. 122 sq. Boissonad. non immemor fuit Pseudo-Heracliti epistolae ad Hermodorum in commentario ad Eunapium p. 424 sq. editae: πολλαὶ δίκης Ἐρινύες ἁμαρτημάτων φύλακες. Ἡσίοδος ἐψεύσατο τρεῖς μυριάδας εἰπών· ὀλίγαι εἰσίν, οὐκ ἀρκοῦσι κακίᾳ κόσμου· πολύ ἐστι πονηρία. Vel in his Christianum hominem agnoscas, sed omnium maxime personatum philosophum produnt haec: Λακεδαιμόνιοι δὲ μετ' ἄλλων καὶ τοῦτο ἀγαθοί, οὐ γράμμασιν ἀποδεικνύντες Σπαρτιάτας, ἀλλ' ἀγωγῇ· κἂν ἐλθών τις ἢ Σκύθης ἢ Τριβαλλὸς ἢ Παφλαγὼν ἢ μηδὲν ἔχων ὄνομα χώρας ὑποστῇ τὴν Λυκούργειον σκληραγωγίαν, Λάκων ἐστίν.

V. 253. Ἀθάνατοι Ζηνὸς

γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες
ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες.
ταῦτα φυλασσόμενοι, βασιλεῖς, ἰθύνετε μύθους,
δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε.
οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων,
ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας
καί νυ τάδ', αἴ κ' ἐθέλῃσ', ἐπιδέρκεται, οὐδέ ἑ λήθει
οἵην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει.
νῦν δὴ ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
εἴην μήτ' ἐμὸς υἱός· ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον
ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει·
ἀλλὰ τάγ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία τερπικέραυνον.
Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,

V. 261. *βασιλέων*] Sic pauci e. Ven. Nam Med. 5., Vat. 12. multique al. *βασιλήων*. Pro *ἀτασθαλίας* MS. inc. *ἀτασθαλίων* (sic).
V. 262. *παρκλίνωσι*] A. *παρακλίνουσι*.
V. 263. *μύθους*] Med., Vat. al. *δίκας*. Pro *βασιλεῖς* A. It. al. *βασιλῆες*.
V. 265. *οἷ αὐτῷ*] Sic Ven. al., Med. 5. *οἷ τ' αὐτῷ*: Vat., Par. *οἷ θ' αὐτῷ*. — *κακὰ τεύχει*] MS. incert. *τεύχει κακά*.
V. 267—273. Delevit Br. e iudicio Plutarchi, uncis inclusit Bentl., qui v. 269. adscripsit *δὴ καὶ ἥδε δίκην*, et 270. *νῦν δ' ἄρ' ἐγώ*,
V. 268. *ἐθέλῃσ'*] Malim *ἐθέλῃ*.
V. 273. *τερπικέραυνον*] P. al. pauci *μητιόεντα*.

φύλακες] immortales a Iove instituti custodes mortalium. Idem dixerat v. 122. *δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς*. Nimis poëtam urget Twesten. l. l. p. 26. cf. Buttmann. de aetat. hom. p. 159. *Ἀθάνατοι φύλακες* dicuntur, ut *θνητοῖς μακάρεσσι* v. 141. opponantur.

V. 256. *ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη*] Atque praeter hos est etiam Iustitia, quae hominum pravitatem observat. Vid. Theog. 902.

V. 264. Hic versus in Latinum translatus est ap. Gell. IV, 5.

V. 267—273. Novum carmen secundum Thierschium Act. Mon. III, p. 412., cui praemissum erat *σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων — νήπιε Πέρση, οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνήρ* et porro v. 286. 265. 266. Non assentior.

V. 269. *τήνδε δίκην*] Nec latet Iovem quaenam sit ea, qua utimini, iustitia. Videtur et hic Ascram respicere cf. v. 35.

V. 273. *τελεῖν*] Est futurum pro *τελέσειν*.

V. 274—285. Septimum carmen Thierschio Act. Mon. III, p. 412.

καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων,
ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς·
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
γίγνεται. εἰ γάρ τίς κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν
γιγνώσκων, τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς·
ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας νήκεστον ἀασθῇ,
τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται.
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.
Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω, μέγα νήπιε Πέρση.
τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι

V. 278. ἐσθέμεν Clemens, Boiss. — ἐν αὐτοῖς] Sic Med. 5., Vat. Alii c. Ven. A. ἐπ' αὐτοῖς.

V. 280. ἐθέλῃ] P. ἐθέλοι.

V. 283. ἀασθῇ] Sic Dind. Vulgo ἀάσθη.

V. 288. λείη] Codd. ὀλίγη. Quod nos dedimus c. al. habent Plato de rep. p. 364., ubi v. Schneider., Xenophon et Stobaeus.

V. 290. ἐς αὐτήν] Sic Med. 5., Plato; ἐπ' αὐτήν Vat., Ven., edd.

V. 291. ἵκηται] Sic codd. tantum non omnes. Vulgo ex uno Vat. et duobus codd. Plat. ἵκηαι.

V. 293. ὃς αὐτῷ] Unus e Med. et Aristot. Eth. N. I, 4.

V. 283. ψεύσεται] Est epicum pro ψεύσηται. V. Rost. Gr. gr. §. 75. I. 3. e.

V. 285. Hoc versu Pythia usa est in oraculo Glauco dato apud Herodot. VI, 86.

V. 286. μέγα νήπιε Πέρση] Hoc ne quis invidiosius dictum putet, recordetur esse illud ex more antiquissimarum admonitionum; v. oraculum apud Herodot. I, 85. Λυδὲ γένος, πολλῶν βασιλεῦ, μέγα νήπιε Κροῖσε.

V. 287. ἰλαδόν] Ἶλαι sunt comissationum antiquae sodalitates, v. Pindar. Nem. V, 86. ἔνθα μιν εὔφρονες ἶλαι σὺν καλάμοιο βοᾷ θεοὶ δέκονται. Hinc εἰλαπίναι, ut monuit Welckerus prolegg. ad Theognid. p. XXXVII. Hoc igitur voluit poëta: si vitio potiri vis, facilis est aditus neque opus est, ut solus vitii viam ineas, sed multos habebis socios comissationum amantes.

V. 291. ἵκηται] Subiectum est in hoc ipso verbo ἵκηται, si eo pervenerit qui hanc viam elegit. v. Theog. v. 725.

V. 294. Sensum expressit Livius XXII, 29., laudatus Graevio: Saepe ego audivi, milites, eum primum esse virum (i. e. maxima laude dignum qui ipse polleat ingenio, ut consulere sibi optime possit), qui ipse consulat quid in

ῥηϊδίως· λείη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τοπρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.
Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,
φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω·
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.
Ἀλλὰ σύ γ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς
ἐργάζευ, Πέρση, δῖον γένος, ὄφρα σε Λιμὸς
ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ σ' ἐϋστέφανος Δημήτηρ,

ὃς αὐτός quod rec. edit.; νοήσει A. c. al.

V. 294. Praeteritur a Clement. Alex. Paedag. III, ab Eustath. ad Iliad. et ab Aristide Plat. 2. Delevit Br.

V. 296. μήτ' αὐτός] Sic Ven., μήθ' αὐτός Med. 5. μήθ' αὐτῷ A. al. Pro νοέῃ P. νοέει.

V. 297. ὁ δ'] Sic Schaef., Dind., Boiss., Iacobs. ad Anth. P. III, p. 122. Buttm. ad Soph. Ph. p. 73. Vulgo ὅδ'.

V. 299. Λιμός] Vulgo λιμός. Paullo ante vulgo Δῖον γένος quod non legitur in codd. neque ap. Plutarch. de Stoic. repugn. 30. Δίου divinarat Ruhnkenius ad Vellei. I, 7. cum Sevino.

V. 300. φιλέῃ δέ σ'] Quidam codd. sine σ'.

rem sit: secundum eum, qui bene monenti obediat; qui nec ipse consulere nec alteri parere sciat, esse extremi ingenii. Et Cicero p. Cluent. c. 31. Sapientissimum esse eum dicunt, cui quod opus sit veniat in mentem, proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. Rem sic invertit Zenonis doctrina apud Diog. Laërt. VII, 1, 21. κεῖνος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται, ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ, ut v. 295. ignorare videatur. Etiam Euripidis versus (fragm. inc. CXI.) μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός ex hoc Hesiodeo effictus est.

V. 299. δῖον γένος] Somniant qui de Δίῳ Hesiodi patre hoc intelligunt, quem ipsi ex hoc versu finxerunt. Nam Δῖος esset nomen proprium, non Δίος, quod nomen finxit Spohnius, ut inde Δῖος adiectivum patronymicum derivaret; v. Plutarch. de def. orac. 21 et auctor. certam. Homer. et Hesiodi, apud quem hic versus legitur: Ἡσίοδ', ἔκγονε Δίου. Contra vero δῖον γένος est aut genus a Iove derivandum, ut Hom. Il. IX, 538. ἡ δὲ χολωσαμένη δῖον γένος Ἰοχέαιρα, aut is δῖον γένος dicitur, qui a probo patre genitus est, ut δῖος Εὔμαιος, atque hoc qui-

αἰδοίῃ, βιότου δὲ τεὴν πιμπλῇσι καλιήν.
Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί.
τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅς κεν ἀεργὸς
ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὀργήν,
οἵτε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ
ἔσθοντες· σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν,
ὥς κέ τοι ὡραίου βιότου πλήθωσι καλιαί.
ἐξ ἔργων δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε·
καί τ' ἐργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν
[ἔσσεαι ἠδὲ βροτοῖς· μάλα γὰρ στυγέουσιν ἀεργούς.]
ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.
εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς
πλουτεῦντα· πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.
δαίμονι δ', οἷος ἔησθα, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον,
εἴ κεν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφρονα θυμὸν
εἰς ἔργον τρέψας μελετᾷς βίου, ὥς σε κελεύω.
αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,

V. 301. *πιμπλῇσι*] Sic coni. Spohn. Vulgo *πίμπλησι*.
V. 304. *ὀργήν*] A., G. *ὁρμήν*.
V. 305. *τρύχουσιν*] P. *τρύχωσιν*.
V. 310. Hic versus deest in Med. 5. Pro *ἀεργούς* al. *ἀεργόν*.
V. 312. *ἀεργός*] A. *κἀεργός*.
V. 314. *δαίμονι δ', οἷος ἔησθα*] Vulgo haec sine positura cohaerent. Schaef. ex coni. *δαίμονι δ' ἶσος ἔησθα· τῷ*, quod rec. Spohn., Dind.
V. 318. In Med. 5., al. additur in margine. Plut. pro suspecto dem alterum hic locum habet. Sensus igitur hic est: labora, Perse, quum a probo patre sis natus, qui minime socors erat, cf. 633. *ὥςπερ ἐμὸς πατὴρ καὶ σὸς πλωΐζεσκεν ἐν νηυσὶ βίου κεχρημένος ἐσθλοῦ* et v. 641.
V. 314. *δαίμονι δ', οἷος ἔησθα*]. Qui in distinctione vulgari *δαίμονι δ' οἷος ἔησθα* dictum putant pro *δαίμονι δ' ὅμοιος ἔησθα*, ii nimio errant opere, quam ut eorum sententiam aut excusare aut defendere possimus; *οἷος* enim nunquam pro *ὅμοιος* vel invenitur vel inveniri potest; *ἔησθα* vero pro *ἔσῃ* vel *εἶς* sumptum etiam gravius quid admittit. *Δαίμων* hic non est deus, sed peritus, consultus, Hesych., *δαίμων*, *δαήμων*. Platon. Cratyl. Tom. III. p. 259. *τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. Καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ ταὐτὸ συμβαίνει τοὔνομα.* Sensus igitur hic est: quapropter satius est homini prudenti, qualis olim tu fuisti, antequam alienarum rerum cupidus eras,

αἰδώς, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν.
αἰδώς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ·
χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά· θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.
εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
ἢ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης ληΐσσεται, οἷά τε πολλὰ
γίγνεται, εὖτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ
ἀνθρώπων, αἰδῶ δέ τ' ἀναιδείη κατοπάζῃ·
ῥεῖα δέ μιν μαυροῦσι θεοί, μινύθουσι δὲ οἶκοι
ἀνέρι τῷ, παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.
Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξῃ,
ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνῃ
κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου, παρακαίρια ῥέζων,
ὅς τέ τευ ἀφραδίῃς ἀλιταίνεται ὀρφανὰ τέκνα,
ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
νεικείῃ χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν,
τῷ δ' ἤτοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν
ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.

habet hunc et superiorem; delevit Br. utrumque.

V. 319. ἀνολβίῃ — ὄλβῳ] Sic Med. 5., Ven., A., St. m. al., ἀνολβίην — ὄλβον Vat. Gaisf. al.

V. 324. Al. codd. αἰδὼς δέ γ' ἀναιδείῃ.

V. 325. ῥεῖα δέ μιν μαυροῦσι] Al. ῥεῖά τε. Sed quid Med. 5., Vat. habeant, non definite elocutus est Lanz.

V. 327. ἔρξει A.

V. 328. βαίνοι A. St. m.

V. 330. ἀλιταίνεται] G. ἀλιτρεύνεται, al. ἀλιτραίνεται.

V. 333. δ' ἤτοι] Sic Herm. e cod. Viteb., Dind. Ceteri δή τοι. — ἀγαίεται] Codd. pauci, neque ii optimae notae, ἀγέεται, ἀγάεται, ἀγαίρεται. MS. inc. ὁ Ζεύς sine αὐτός.

(antequam lite mecum agebas), laborare atque ita divitias iustas tibi parare.

V. 317. 318. Haec putant ex Homero petita esse Od. XVII, 345. Il. XXIV, 44., sed videntur et Homero et Hesiodo antiquiora esse, petita illa ex antiquis proverbiis. *Αἰδὼς οὐκ ἀγαθή* est malus quidam pudor, oppositus ille alteri, qui cum Nemesi quandoque homines relicturus est; cf. v. 200. Spohnius non recte ita: *ἀγαθή* loco adverbii positum sumas, ne cum aliis falso interpretere.

V. 320. οὐχ ἁρπακτά] non sunt rapiendae.

V. 329. Spohnius haec ita iungi iubebat: ὅςτε κρυπταδίης εὐνῆς παρακαίρια ῥέζων κασιγνήτου ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνῃ, verum hoc nec Graeci sermonis ratio neque Hesiodi simplicitas patitur; κρυπταδίης εὐνῆς sc. ἕνεκα, quod admodum familiare est epicorum poëtarum supplementum. Ceterum non opus est monito κασίγνητον hic esse latiori sensu eum, qui proximus est sacrae scripturae.

ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμόν·
κὰδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν·
ἄλλοτε δὴ σπονδῇσι θύεσσί τε ἱλάσκεσθαι,
ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃ καὶ ὅτ' ἂν φάος ἱερὸν ἔλθῃ·
ὥς κέ τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν·
ὄφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον, μὴ τὸν τεὸν ἄλλος.
Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι·
τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν ὅςτις σέθεν ἐγγύθι ναίει.
εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένοιτο,
γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅςτ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.

V. 338. σπονδῇς pauci codd. — Porro θυέεσσι Med. 5. (θυέεσι pro more vid. v. 22.) Vat., Ven. al. A. σπονδῇσι θυέεσσι. — Pro δέ Dind. δή.

V. 344. τοι] Med. 5. MS. inc. τι. — ἐγκώμιον] Sic Br. Spohn. Dind. ex Ambr. 6. ap. Lanz. et Steph. Byz.; ceteri ἐγχώριον. γένοιτο] Primus Br. e Steph. Byz. Vulgo γένηται.

V. 353—355. Delevit Br.

V. 354. Spurius videtur Gerhardio Lect. Apoll.

V. 337. ἁγνῶς καὶ καθαρῶς] pura mente puroque corpore. Ceterum tres animadverte immortales placandi modos, ἀγλαὰ μηρία καίειν, σπένδειν et θύεσσιν ἱλάσκεσθαι, libatio fit vesperi, mane vero thure placantur dii.

V. 341. ὄφρ' ἄλλων κ. τ. ἑ.] Vereor ne hic versus traiiciendus sit post 301. βιότου δὲ τεὴν πιμπλῇσι καλιήν: ineptissimus enim hic esse videtur.

V. 344. ἐγκώμιον] Ἐγχώριον, quod legitur in aliis exemplaribus, est glossema. Ascra Hesiodo est κώμη, v. vs. 639. Γένοιτο i. e. quotiescunque accidat.

V. 345. Ἄζωστοι i. e. non tantum sibi temporis sumunt, ut tunicam prius cingant. Vicini vero discincti extemplo succurrunt.

V. 347. ἔμμορέ τοι τιμῆς] τιμὴ est praemium a diis honoris causa datum. Λέγεται, ὅτι Θεμιστοκλῆς χωρίον πιπράσκων ἐκέλευσε κηρύττεσθαι, ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα. PROCULUS.

V. 348. οὐδ' ἂν βοῦς] Heraclides in republica Cumaeorum Thes. Gron. T. VI. p. 2828. ἔθος ἦν αὐτοῖς (τοῖς Κυμαίοις) εἰς τὰ κλοπιμαῖα συμβάλλεσθαι τοὺς γείτονας, διὸ καὶ ὀλίγα ἀπόλλυνται· πάντες γὰρ ὁμοίως ἐτήρουν. Καὶ Ἡσίοδος ἐντεῦθεν δοκεῖ λέγειν· οὐκ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. Qui βοῦν intelligunt γυναῖκα ridicule et vere τζετζικῶς errant. Βοῦς est pro divitiis, cf. vs. 120.

V. 351. ἄρκιον] sc. χρείας

Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι,
ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.
Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.
Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προςιόντι προςεῖναι·
καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.
δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν.
Δὼς ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.
ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅγε κἂν μέγα δοίῃ·
χαίρει τῷ δώρῳ καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν·
ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδείηφι πιθήσας,
καί τε σμικρὸν ἐόν, τόγ' ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ.
εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,

V. 357. *κἂν — δοίη*] *κἂν* Ambr., Ven. al.; *καί* Med. 5. Proculus; *δοίη* quidd. codd.; Med. 5. *δῴη*, A. *δώῃ* al., Spohn., Dind. *δώῃ*.
V. 359. *ᾧ δὲ κεν ἄλλος ἕλ.* Bentl.
V. 360. *τόγ'*] Sic Med. MS. inc. al., vulgo *τότ'*. — *ἐπάχνωσεν*] Varin. p. 345: *Ἡσίοδος ἐπάχνωσε φίλους ἤτοι ἐλύπησεν, ἔφθειρεν.* — *φίλον ἦτορ*] G., Steph. al. *φίλον κῆρ.*
V. 361. *σμικρὸν* A. pro *σμικρῷ.*

s. *λιμοῦ*, ut etiam in posterum invenias apud alios frumenti copiam, quae famem propellat. Artificiosior videtur Buttmanni explicatio, Lexil. II, p. 36. Cf. ad vs. 370.

V. 353. *προςεῖναι*] non ab *εἶμι* derivandum esse, cuius infinitivum *εἶναι* non norint antiqui, sed ab *εἰμί*, verbo substantivo, censet Ruhnken., ut sit adesse, opitulari ei, qui prior opitulatus est; quem sequitur Buttmann. Gr. ub. I, p. 562. Contra vero si *προςεῖναι* ab *εἰμί*, non ab *εἶμι*, derivaris, perditur omnis in hoc antiquo proverbio membrorum aequalitas, quae ut *φιλέοντα φιλεῖν*, *δόμεν ὅς κεν δῷ* etc. requirit, ita etiam hic *εἶμι* verbum flagitat, non *εἰμί*. Ceterum exemplis opus erat, ut demonstraretur *πρόςειμι* (ab *εἰμί*) vim et potestatem habere contra eundi. Sequendus igitur Apollonius erat Lex. Homerico: *εἶναι· ὁ Ἡσίοδος ἀντὶ τοῦ ἰέναι· καὶ τῷ προςιόντι προςεῖναι*, et Schol. Ambr. ad Odyss. I, 406.

V. 356. *ἅρπαξ*] Ut *κάκη* a *κακή* fit substantivum, ita etiam *ἅρπαξ* pro substantivo est Hesiodo; nam ne quis scribat *ἅρπαξ δὲ κάκη θανάτοιο δότειρα*, id ut sit pro *ἡ τῆς ἁρπαγῆς κακία*, non verendum est.

V. 357. *ἐθέλων*] sc. *δώῃ*, quod mente repetendum ex sequente *δοίη*; *κἂν* est pro *καὶ ἄν*, non pro *καὶ ἐάν*, quod tum *κῆν* esset apud epicos, tum hic *ἐὰν καὶ* eo sensu dicendum erat, quem vult cum Tzetza Spohnius.

καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει, ὁ δ' ἀλύξεται αἴθοπα λιμόν·
οὐδὲ τόγ' εἰν οἴκῳ κατακείμενον ἀνέρα κήδει.
Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφιν.
Ἐσθλὸν μὲν παρεόντος ἑλέσθαι, πῆμα δὲ θυμῷ
χρηΐζειν ἀπεόντος, ἅ σε φράζεσθαι ἄνωγα.
Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι,

V. 363. ἀλύξεται] P. ἀλέξεται.
V. 364. ἐν ϝοίκῳ Bentl.
V. 365. βέλτερον] Gal. βέλτιον.
V. 366. παρεόντος] MS. inc. γὰρ ἐόντος.
V. 369. δειλή] Quidd. codd. c. Ven. G. A. δεινή.
V. 370. 371. 372. Desunt in Med. 5., Vat., al. Leguntur in

V. 363. 364. 365. Singuli versus singula sunt proverbia per se spectanda, ut saepius in hac carminis parte; v. 363. laus est parsimoniae, quicum etiam 360, 361. olim coniunctos fuisse putaverim; v. 364. laudem habet liberalitatis; v. 365., prorsus ab ceteris dirimendus, ad feminas spectat, quibus melius est intus manere, ne foris laedantur. Sic Xenoph. Oecon. p. 839. τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον μένειν ἔνδον ἢ θυραυλεῖν. Eurip. fragm. Meleagr. XII. et Naumach. prc. nupt. 19. 20. λεῖπε δέ οἱ τὰ θύρηφι, τὰ καὶ δύναται ποιέεσθαι, σοὶ δ' οἰκωφελίη μελέτω etc. Prorsus non assecutus est Vossius: Besser im Hause das Gut, zum Verderb ist's ausser der Thüre. Ita etiam Lanzius et Spohnius. Quod idem versus legitur hymn. Hom. Merc. 36., per iocum mutato sensu eo reiectum esse a poëta apertum est. Diogenian. proverb. VII, 35. οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

T. 368. 369. Spohn. secutus Lanzium ita: de summo, quod minus generosum est, fortius haurias, item de imo, optimo autem parcius utere. Melius ita Mitscherl.: in magna opulentia licet utique lautius paullo ac sumptuosius vivere; verum ubi illa aliquantum defecit, coercendi sunt nimii sumptus, ne copia ista nimis atteratur et ad nihilum redigatur; sero autem hoc facies, si opes pene dissipatae sunt, itaque tum parsimoniae nullus amplius locus est: δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ, sera parsimonia in fundo est, ut Seneca effert Epist. I. ult.

V. 370. μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ] Hic versus ex summa antiquitate ad nos pervenit. Nam Aristoteles Pittheo, Thesei avo, eum attribuit apud Plut. Thes. 3. Inde sequitur prorsus hunc versum seiungendum esse ab eo qui sequitur καί τε κασιγνήτῳ κ. τ. ἑ., ut apparet ex Plut. de vero pudore II, p. 533. Quare non possum adstipulari Buttmanno Lexil. II, p. 36., qui ex versu 371. explicationem versus 370. petiit. Sermo est versu 372. de usura: ab ami-

μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.
Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.
Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.
πίστεις δ' ἄρ τοι ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄν-
δρας. (370)
Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω
αἱμύλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν.
ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτησι.

Ambr. 6., Ven., al. Servat Plutarch. Bentl. ad v. 371. adscripsit κασιγνήτῳ χρεῖός γ' ἐπὶ ϝίστορα, et 372. πίστειν γάρ τοι.

V. 372. ἄρ τοι] Sic Gaiet. Dind. Vulgo ἄρα ὁμῶς vel ἄρα ὁμῶς.

V. 375. φιλήτησι] Sic Vat., A. multique alii. φηλήτησιν Med. 5., Ven., alii.

eo ne exigas usuras, noli foenerari. Μισθὸς igitur est summa quam quis amico propter emptos agros vel simile quid debet. Amicus contentus esto cum capite, de quo convenit, nolit praeterea etiam usuras flagitare. Βίος ἄρκιος est v. 569.

V. 371. Haec doctrina non admodum liberalis est, ut recte intellexit Plutarchus, qui hunc versum cum antecedente pro spuriis habet. Sed aliud est praeceptum antiquissimi temporis, quo tanquam proverbio utebantur, aliud praeceptum philosophiae. Ceterum excusatur hic versus Hesiodi lite ea, quam Perses frater ei intenderat; γελάσας, quod adiectum a poëta est, maximae est invidiae; fingit enim ille, qui antestatur, se non serio agere. De perfidia Graecorum v. Cicer. pro Flacco 4.

V. 373. πυγοστόλος] v. Etym. M. s. v. Apud Simonidem de mulier. 76. in vitiis habetur, si qua sit ἄπυγος mulier, v. Aristoph. Plut. 152. Horat. Sat. I, 2, 93. et exempla ea, quae de simili feminarum incessu, a pavonibus cognominato, apud Hebraeos collegit Hartmannus: die Hebr. am Putzt. II. p. 344. Possis etiam de καλλιπύγῳ Venere cogitare (v. Athenaeum p. 554.); quanquam haec ad seriorem aetatem pertinet.

V. 375. φιλήτησι] Est verbum purum putum Aeolicum, quod in magna Graecia dicebant πιλητής. SCAL. In mente ei erat pirata et pilare Latinorum, ut arbitror. Sed non opus est, ut ad Latinos confugiamus. Nugantur qui a φηλέω, i. e. ἀπατῶ, derivant scribentes φηλήτησιν, quum huius verbi nullum praeterea vestigium reperiatur, inventumque videatur ab iis, qui aliter nescirent interpretari φιλήτην. Nam φιλήτης descendit a φιλέω, denotatque per euphemismum, ut ita dicam, amatorem rerum alienarum, ut Theog. 224. φιλότης simili sensu. Sic eodem euphemismo v. 605. ἡμερόκοιτος ἀνὴρ dicitur pro fure, et manuarius apud Latinos, v. Gell. XVI, 7. Atque haec significatio magnopere consentanea est veteri poëtarum Graecorum loquendi consuetudini, cui φερέοικος est cochlea (Hes. Op. 571.), πέντοζος manus (ibid.

Μουνογενὴς δὲ πάϊς εἴη πατρώϊον οἶκον
φερβέμεν· ὣς γὰρ πλοῦτος ἀέξεται ἐν μεγάροισι.
γηράιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων·
ῥεῖα δέ κεν πλεόνεσσί πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον.
πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.
[σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ᾗσιν,
ὧδ' ἔρδειν, καὶ ἔργον ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι.]

V. 376. εἴη] Sic Med. 5., Vat., al., ceteri σώζοι, quod rec. Br. Haec scriptura ab iis profecta est, qui brevitatis causa uno versu quam duobus de eadem re uti malebant.

V. 377. 378. Br. 378. 377.

V. 381. 382. De his versibus v. explicat. Pro ᾗσιν pauci σῇσιν. V. Voss. ad hymn. Cer. 103. pro καὶ ἔργον quidam codd. cum Ven., A. ἔργον δέ τ'.

V. 383. Ἀτλαγγενέων] Med. 5. Ἀτλαγγενάων. Gregorii Cor. (p. 577.) verba non pertinent ad genitivum Ἀτλαγγενέων, sed

744.), ἀνόστεος (526.) polypus. V. praef.

V. 376. 377. Haec videntur ex antiquissima Boeotorum lege huc adiecta esse, quam Philolaus, Thebanorum antiquus legislator, non solum stare iussisse videtur, sed cui etiam adiecisse quaedam putandus est. De Philolao eiusque νόμοις θετικοῖς v. Aristot. Pol. II, 9. Aelian. V. H. II, 7. Müller. Orchom. p. 407 sq.

V. 378. 379. 380. Haec aut serius adiecta esse, quum Philolai vetus lex pridem abolita esset, aut ab eo, qui legem Boeoticam non probaret, non opus est demonstrare.

V. 381. 382. Hi versus additi postea sunt, ut finis prioribus imponeretur et ut facile ad novum transires argumentum; v. Twesten. l. l. p. 49.

V. 383. Secunda pars poëmatis hic inchoatur, quae agit de agricultura.

V. 383. Ἀτλαγγενέων] Pro Ἀτλαντογενέων, ut γυναιμανής pro γυναικομανής, κελαινεφής pro κελαινονεφής, alia. Nam flexisse Graecos Ἄτλας Ἄτλα, quod Tzetza voluit, non potest demonstrari nisi vocativo Ἄτλα. Atque ita exspectasses Ἀτληγενέων. Pleiades (i. e. πελειάδες), quas Orio persequitur, magnus Coeli venator, sunt Atlantis ex Pleione filiae, de quibus vide I. H. Vossium ad Arat. Phaen. 253. Tempus, quod hic describitur ab Hesiodo, est aestatis initium, Plin. H. N. XVIII, 69. Vergiliarum exortu aestas incipit, occasu hiems, semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexae. Sciendum est autem antiquissimos Graecos duas tantum anni tempestates novisse, ἄμητον secundum Hesiodum, seu aestatis initium (θέρος), et ἄροτον hiemis initia (χειμῶνα); illa Hesiodi tempore XIV cal. Iun. haec III non. Nov. (calend. Iulian.) incipiebat; nam cum hoc tempore fere congruit Vergiliarum aut ortus aut occasus cosmicus. Has anni tempesta-

Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων ἐπιτελλομενάων
ἄρχεσθ' ἀμητοῦ· ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.
αἱ δ' ἤτοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
κεκρύφαται, αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
φαίνονται ταπρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.
οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵ τε θαλάσσης
ἐγγύθι ναιετάουσ', οἵ τ' ἄγκεα βησσήεντα,
πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι, πίονα χῶρον
ναίουσιν· γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,

ad ἐπιτελλομενάων, quare non opus erat apud eum corrigi Ἀτλαγεννάων. Vulgo Ἀτλαγενέων.

V. 384. ἀμητοῦ] Apicem habent omnes codd.; Spohn., Dind. ἀμήτου.

V. 385. δ' ἤτοι] Sic e Iunt. Herm. ad Hom. hymn. Ven. p. 105. Vulgo δή τοι.

V. 389. ναιετάουσ'] Sic Vat., Ven., multique alii. Med. 5. ναιετάουσιν. Pauci ναιετάωσ'.

V. 391. ναίουσιν] Pauci ναίωσιν.

tes deinde ita diviserunt, ut primum ver (ἔαρ) adiicerent, VI Cal. Mart. Hesiodi tempore ineundum (cum Arcturi ortu v. 566.), postea vero etiam auctumnum, si ita licet reddere ὀπώραν (de qua re vehementer Idelerus dubitat, et recte quidem) XIII Cal. Septembr. incipiendum. Verus auctumnus (φθινόπωρον) post Hesiodi tempora additus est; nam etiam μετόπωρον (quod noverat Hesiodus v. 415.) est extrema pars aestatis. Secutus sum in his omnibus Idelerum enchirid. Chronol. I. p. 241 sq.

V. 384. ἀρότοιο δὲ δυσομενάων] v. de toto hoc argumento Plin. H. N. XVIII, 24.

V. 385. τεσσαράκοντα] Quum occasus heliacus Vergiliarum sit prid. non. Apriles, ortus autem XIV Cal. Iun., dies intermedii sunt quadraginta quattuor; cf. Ideler. l. l. I. p. 247.

V. 385 — 387. Hos versus non ab Hesiodo profectos esse arbitrabatur Schaubach. comment. philolog. (ed. a Ruperti et Schlichthorst.) Tom. V. p. 30 sq. Non persuadet. Nam qui v. 384. dicitur ἄροτος non metitur post quadraginta dies, sed est Wintersaat quod nos dicimus. Bis enim metitur in iis plagis.

V. 386. περιπλομένου] Annum tropicum significari monuit Ideler. l. l. p. 260. Sed v. annot. ad Theog. 184.

V. 387. χαρασσομένοιο σιδήρου] quando falcis acies acuitur.

V. 388. οἵ τε] ἐκείνοις οἵ. Νόμος non esse Homericum vocabulum iam animadversum ab aliis est.

V. 391. γυμνὸν σπείρειν] Aristoph. Lysist. 1177. ἤδη γεωργεῖν γυμνὸς ἀποδὺς βούλομαι. Virg. Georg. I, 299., nudus ara, sere nudus. Illud γυμνὸν σπείρειν etc. videtur arctius cohaerere cum antecedentibus quam vulgo indicant positura. Nempe hoc voluit poëta: haec doctrina, quam propono, ad accolas orae maritimae et ad eos pertinet, qui val-

γυμνὸν δ' ἀμάαν, εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλησθα
ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος· ὥς τοι ἕκαστα
ὥρι' ἀέξηται, μή πως τὰ μέταζε χατίζων
πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους, καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.
ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,
οὐδ' ἐπιμετρήσω· ἐργάζευ, νήπιε Πέρση,
ἔργα, τάτ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο,
μήποτε σὺν παίδεσσι γυναικί τε θυμὸν ἀχεύων
ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας, οἱ δ' ἀμελῶσιν.
δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα τεύξεαι· ἢν δ' ἔτι λυπῇς,

V. 392. ἀμάαν] Med. 5., Vat., Proculus, al. ἀμάειν, unde ἀμάαν scripsi, ut secunda produceretur. Al. ἀμᾶσθαι ut Ven., G., A.

V. 393. ὥς τε ϝέκαστα Bentl.

V. 394. μέταζε] restituit primus Spohnius. Codd. μεταξύ. In A. tamen μεταζύ.

V. 406. Hunc versum non legit Aristot. Polit. I, 1. Oecon. 2. Cf. quae monui ad Aristot. Pol. p. 279. et ad Theod. p. 210. Atque ab exemplaribus quibusdam antiquis abfuisse perspicitur ex Philodemo de vitiis et virtutibus oppositis ab Herculanensi societate nuper edito col. VIII. (p. 46. ed. nostr.) καὶ πῶς

les incolunt; ad montanos non item. Nam hi quum frigidiores plagas habeant, necesse est, ut alia praecepta de messe et aratione sequantur. Sic etiam Proculus intellexisse videtur.

V. 392. ἀμάαν] Ἀμάειν, quod vulgo legitur, peccat contra metrum, in ἀμάαν vero α mediae syllabae et producitur et corripitur pro re nata; v. Buttm. Gr. ub. I. p. 497.

V. 394. μέταζε] Steph. in Bekk. Anecd. p. 945. σεσημείωται τὸ μέταζε χρονικὸν ὄν· Ἡσίοδος· μήπως τὰ μέταζε χατίζων. Cf. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 46. οὐδὲν ἐπίῤῥημα διὰ τοῦ αζε ἐκφερόμενον ἐπὶ χρόνου τέθειται, ἀλλὰ μόνον τὸ μέταζε χατίζον. Favor. p. 738. 19. Vide quae de hoc adverbio monui doctrin. accent. gr. p. 99.

V. 396. ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες] Haec non satis respondent eis quae sequuntur per futurum tempus expressa: οὐ σοὶ ἐπιδώσω οὐδ' ἐπιμετρήσω; exspectabas: ego vero, ut tum temporis nihil tibi impertivi, quum a me petebas, ita etiam in posterum non dabo, quanquam ne hoc quidem dignum erat fratris animo. Putaverim hic rectius scribi: ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἔτι δώσω οὐδ' ἐπιμετρήσω i. e. sed in posterum nihil a me accipies; semel id feci quidem, sed postea nihil profeceris. Hoc si statuamus, et futuro tempore Hesiodus excusatur, quod eo admonetur Perses ad industriam, et ἔτι particula demonstrat dedisse sane fratrem fratri. Ita olim existimabam, sed nunc non multum abest, quin faciam cum Fr. Iacobsio, cui composita ἐπιδώσω et ἐπιμετρήσω eodem modo indicare videntur Hesiodum fratri prius dedisse, nunc vero

χρῆμα μὲν οὐ πρήξεις, σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις·
ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νομός. ἀλλά σ' ἄνωγα
φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.
Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
[κτητήν, οὐ γαμετήν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο,]
χρήματα δ' ειν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι,
μὴ σὺ μὲν αἰτῇς ἄλλον, ὁ δ' ἀρνῆται, σὺ δὲ τητᾷ,
ἡ δ' ὥρη παραμείβηται, μινύθῃ δέ τοι ἔργον.
μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν·

δέχεται γαμετὴν ὑφ' Ἡσιόδου λέγεσθαι τὴν γυναῖκα πολλῶν καὶ φασκόντων αὐτὸν γεγραφέναι κτητήν, οὐ γαμετήν. Adiectus est ineptissimus versus ab eo, qui haec non congruere putabat cum inferiore poëmatis parte, ubi de uxore ducenda Hesiodus praecipit, sed huic dum satisfacere conatur, versum 443. iugulavit τοῖς δ' (βουσίν) ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο. Idem indicabat Muretus ad Aristot. Oecon. p. 558.

V. 407. δ' ἐν ϝοίκῳ Bentl.

V. 408. αἰτεῖς et ἀρνεῖται, postea vero μινύθει pauci codd.

V. 409. δέ τε ϝέργον Bentl., et sic iterum v. 412.

V. 410. εἰς τε ἔνηφι P.

denuo petenti nihil insuper daturum esse.

V. 398. διετεκμήραντο] Haec de sideribus intelligenda esse, quorum ortu et occasu definiatur agricultura, quae sententia est Procli, non credo. Hoc enim non ad deos pertinet negotium, sed inventum ab hominibus est. Igitur hoc respici puto ad eam fabulam, qua Triptolemus artem serendi et arandi a Cerere doctus esse putabatur; quam e vetere fonte refert Apollodor. I, 5.

V. 403. ἐπέων νομός] Sic Il. XX, 249. ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα. Mire errat Mitscherl., cui ἐπέων νόμος (ita enim is corrigendum esse putat) est formula precum, ἔπη νενομισμένα, usitata precum formula.

V. 407. πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι] Xenoph. Oecon. c. VIII, 3. p. 841, ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον οὐδὲ καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. c. VIII, 18. p. 483. B. ὡς μὲν δὴ ἀγαθὸν τετάχθαι σκευῶν κατασκευὴν καὶ ὡς ῥᾴδιον χώραν ἑκάστοις αὐτοῖς [edd. αὐτῶν] εὑρεῖν ἐν οἰκίᾳ θεῖναι, ὡς ἑκάστοις συμφέρει εἴρηται.

V. 410. ἔννηφιν] est genitivus, cui supplebis χρόνον, sc. ἐς τὸν τῆς ἔνης ἡμέρας χρόνον. Ita apud Aristophan. Eccl. 827. κατ' ἔνης ἦλθῆς. Non recte declarasse vocabuli etymologiam videtur qui nuper de ἔνου verbo ita disputavit, ut ab εἷς derivaret, Hermannus ad Aristoph. Nubb. 1137. Ἔνος enim derivandum est ab ἐν prorsusque concinit cum Latinorum imus, contracto illo ex inimus, quod eo differt proprie ab ultimo, quod ultimus novissimus est in serie rerum horizontali, ut aiunt, quum imus sit novissimus in serie

οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιήν,
οὐδ' ἀναβαλλόμενος· μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει·
αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.
Ἦμος δὴ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο
καύματος ἰδαλίμου, μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος
Ζηνὸς ἐρισθενέος. μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρὼς
πολλὸν ἐλαφρότερος· δὴ γὰρ τότε Σείριος ἀστὴρ
βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
ἔρχεται ἠμάτιος, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ·
τῆμος ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ
ὕλη, φύλλα δ' ἔραζε χέει, πτόρθοιό τε λήγει·

V. 412. Deest in 3 codd. ap. Lanz.; δέ abesse malit Gaisf., ut ap. Schol. Pind. Isthm. 6, 97.
V. 413. ἄτῃσι] Sic codd. Editores ante Spohnium ἄταισι.
V. 417. Σείριος] edd. σείριος.
V. 420. τῆμος] Sic Med. 5., Vat., alii; Ven., A., al. ἦμος. Vid. animadvers. ad Scut. 398. — ἀδηκτοτάτη τε πέλει Bentl.
V. 421. πτόρθοιο] G. πτόρθοις.
V. 422. Abest ab uno codice ap. Lanz.

verticali. Atqui ultimus et imus hoc habent inter se commune, quod proprie eum significant, qui novissimus est inter tres, propter ternionem eum, qui est principii, medii et finis vel summi, medii et imi. Hinc factum est, ut primum simpliciter ἔνη (ἡμέρα) significet eum diem, qui est perendie, i. e. tertius vel imus dies (μεταύριον) ab hoc ipso die, quo quid agimus, et αὔριον τῇ ἔνῃ apud Antiph. p. 143. 44. HSt. tertium diem post crastinum; deinde ut, quum de mense sermo esset, qui idem est trium ternionum, ἱσταμένου, μεσοῦντος, φθίνοντος, ἔνης vocabulo notaretur dies is, qui dies est in tribus ternionibus novissimus, i. e. tricesimus. v. Hesiod. Oper. 770. Sic porro intelligitur, cur scribatur ἔνη non ἕνη (nam ἕνη καὶ νέα, ut scripsit Boeckh. Corp. inscr. I. p. 156., non video sustentari ipsa de qua ille agit inscriptione), cur ἔνη et ἔνατος scribendum sit prosario modo et ἔννη et ἔννατος poëtico (nam ἔνατος est pro ἔντατος, ut πρῶτος a πρόατος pro πρότατος, ὕπατος, μέσατος, νέατος), cur ἔνον idem etiam significare possit quod παλαιόν oppositum τῷ νέῳ, qui est prior a medio, quum ἔνος sit a medio posterior (v. de hac significatione vocabuli Ruhnken. ad Tim. p. 103.); denique cur Callimachus (fragm. CLIV.) ἔνον pro anno praeterlapso usurparit in illo τετράενον Λαμάσου παῖδα Νεστορίδην propter tres partes (ὥρας) anni, ver, aestatem, hiemem, ut nos dicimus drei Winter pro tribus annis, et cur Siciliae penetralibus nomen sit inditum Ennae.

V. 416. τρέπεται βρότεος χρώς] Longe magis agile et vegetum ad obeunda negotia surgit humanum corpus.

V. 417. Σείριος ἀστήρ]

τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον.
ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν,
ἄξονά θ' ἑπταπόδην· μάλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτως·
εἰ δέ κεν ὀκταπόδην, ἀπὸ καὶ σφῦράν κε τάμοιο.
τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἁμάξῃ.
πόλλ' ἔπι καμπύλα κᾶλα· φέρειν δὲ γύην, ὅτ' ἂν εὕρῃς,
εἰς οἶκον, κατ' ὄρος διζήμενος ἢ κατ' ἄρουραν,
πρίνινον· ὃς γὰρ βουσὶν ἀροῦν ὀχυρώτατός ἐστιν,
εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμῶος, ἐν ἐλύματι πήξας,

V. 423. ὅλμον] P. ὄλμον. — τάμνειν] Al. κόπτειν.
V. 424. ἄξονά θ'] P. ἄξονα δ'. Postea ἄρμενον P., Dind.; ἄρμενος οὕτω A.
V. 424 — 425. Verba μάλα γὰρ — ὀκταπόδην desunt in G.
V. 425. ἀπὸ καί] Med. 5. ἀπό κεν, Vat. ἀπό κε.
V. 426. ἄψιν] Sic recte Spohn. Qui Aeolicam flexionem probant, probare etiam spiritum Aeolicum debebant. Postea ἀμάξῃ c. A. Spohn.
V. 430. δμῶος] Sic A. Steph. et al. codd. Vulgo δμωός.

Putant cum Proculo solem esse Hesiodo. Inepte; quasi Solem ἀστέρα dixissent Graeci antiqui. Ἄστρον dixerunt Pindarus et Alcaeus. Hic vere est Sirius (v. 419.), et hanc stellam etiam Archilochum intellexisse puto (v. Hesych.).

V. 420. ἀδηκτοτάτη] intacta silva ab vermibus (κισίν, hostrychis typogr. Linn.), qui dum librum corticis arrodunt arbores virentes perdere solent; cf. v. 435. ἀκιώτατοι. [Sic intelligebam: tunc arborum securi caesarum lignum minime ab vermibus arroditur; ut de ligno et materia, non de arbore adhuc stante agatur. F. I.] — τμηθεῖσα σιδήρῳ, si ferro caedatur; nota est hypothetica participii significatio. Cf. Herm. ad Vig. p. 805.

V. 422. μεμνημένος] Spohnius: μεμνημένος seorsim legas, bene memor praecepti nostri. Igitur necesse sit ita construere τῆμος ὥριον ἔργον ἐστὶν ὑλοτομεῖν: sed quid ita μεμνημένος? Desiderabas μεμνημένῳ σοι. Potius μεμνημένος coniungas cum ὥριον ἔργον.

V. 423. ὅλμον] Ὅλμος mortarium est mola antiquissima rusticorum. V. Interpr. ad Aristoph. Vesp. 238. et Buttm. Lexil. I. p. 195.

V. 426. ἄψιν] Choerob. ap. Bekk. Anecd. p. 1207. παρὰ δὲ τοῖς Αἰολεῦσι γίνονται εἰς ν κατὰ τὴν αἰτιατικὴν μετὰ βαρείας τάσεως. κνήμιν γὰρ λέγουσι καὶ σφράγιν καὶ ἄψιν, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν ἀντὶ τοῦ ἀψῖδα.

V. 427. ἔπι, praeterea, καμπύλα κᾶλα ad varios usus. Ceterum v. de hoc versu annot. ad v. 431.

V. 428. ἄρουραν] Ἄρουρα hic est vallis.

V. 430. Ἀθηναίης δμῶος] Sic fabrum dicit. Atque eodem modo Ἀσκληπιοῦ παῖδες

γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ.
δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα, πονησάμενος κατὰ οἶκον,
αὐτόγυον καὶ πηκτόν, ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτω·
εἴ χ' ἕτερόν γ' ἄξαις, ἕτερόν κ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο.
δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες,
δρυὸς ἔλυμα, γύης πρίνου. βόε δ' ἐνναετήρω
ἄρσενε κεκτῆσθαι, τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν,
[ἥβης μέτρον ἔχοντε· τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω.]
οὐκ ἂν τώ γ' ἐρίσαντες ἐν αὔλακι κὰμ μὲν ἄροτρον
ἄξειαν, τὸ δὲ ἔργον ἐτώσιον αὖθι λίποιεν.
τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο

V. 431. προσαρήρεται] Quidam codd. ap. Lanz. προσαρήσεται. V. Buttm. Gr. ub. II. p. 82. πρὸς ἄρ' ἄρσεται.

V. 433. οὕτως Dind.

V. 434. ἕτερον ϝάξαις Bentl.

V. 435. Pro ἀκιώτατοι al. secundum Etymol. M. p. 48. 49. ἀκιρώτατοι: male.

V. 436. δρυὸς ἔλυμα, γύης πρίνου] Haec est Schaeferi emendatio (Br. c. Dorv. γύην πρίνου), quam receperunt Spohn., Dind., Boiss. Codd. δρυὸς ἔλυμα πρίνου δὲ γύην, atque ita Med. 5.; alii, ut Vat., Ven., A., Steph. πρίνου γύην; all. codd. πρίνου γύης, aut πρίνου τε γύης. Cur scribendum esse putem πρίνου

proprie non sunt filii Aesculapii, sed servi; cf. animadvers. ad Theog. 240. Quod faber dicitur servus Minervae, non Vulcani, explicatur ex cultu Ἀθηνᾶς Ἐργάνης Boeotiae et Atheniensium proprio. Cf. Pausan. IX, 26. I, 24.

V. 431. προσαρήρεται] Est coniunctivus perfecti passivi significatione media, de qua vide Matth. Gr. §. 493. Sane aoristum coniunctivi exspectabas pro perfecto; sed hoc perfecto usus est praesenti sensu Hesiodus; atque ita praesenti usus est Hom. Il. I, 242. τοῖς δ' οὔτι δυνήσεαι ἀχνύμενός περ χραισμεῖν, εὖτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο θνήσκοντες πίπτωσι.

